



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

Index Tractatum, & Resolutionum hujus Tomi Septimi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)





# INDEX

## Tractatum, & Resolutionum hujus Tomi Septimi.

*Ultimus numerus paginam indicat.*



### TRACTATUS I.

#### De dubiis Regularium. p. 1.

**RES. I.** **A** Cardinalis, vel quivis alius non expresse professus in Religione, sit eligibilis in Generalem alicujus Religionis sine auctoritate Pontificis? Et docetur absque auctoritate Pontificis aliquem non posse eligi in Praetorem Regularem, nisi expresse in illa religione emerit professionem; itaut si dignus non invenitur in religione, non potest eligi in superiorem professus alterius Religionis. Et notatur quod electio facta in Ecclesia regulari de non professo venit irritanda, consuetudine non obstante contraria, & quod hodie est ipso jure nulla. Et advertitur non posse Praetorem Regularem subicere subditum suum Episcopo in foro conscientiae, & multo minus in foro externo, & contentioso? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. r. 6. 3. aliàs 6. 2. ibid.

1. An expedit Generales religionum esse perpetuos? Ex p. 3. tr. 1. ref. 124. p. 3

2. An in religione Clericorum regularium Minorum Generalis possit confirmari ad alium sexennium absque ulla dispensatione? Et deducitur, quod ubi militat eadem ratio, debet esse eadem juris dispositio. Et quod ubi est eadem ratio, dicitur adesse eadem lex non extensiva, sed comprehensiva. Et quod mens legis magis est attendenda, quam verba? Ex p. 10. tr. 1. 5. & Misc. 5. r. 1. ibid.

3. An ad Praetoras regulares Electio teneatur eligere digniores? Et an religiosi in suis electionibus teneantur eligere digniorem? Ex p. 2. tr. 1. 5. & Misc. 1. r. 61. p. 4

4. An generales, & Definitores teneantur eligere digniores ad Praetoras regulares? Ex p. 5. tr. 1. 4. & Misc. 2. r. 11. p. 5

5. An mutus, surdus, & caecus sint eligibiles ad Praetoras? Et difficultas est, an si quis, v. g. eligatur in visitatorem alicujus religionis, & postea factus est caecus, an possit, cecitate non obstante, visitationem cum visitatore sano, & socio continuare? Ex p. 5. tr. 6. ref. 20. ibid.

6. An regularis caecus sit eligibilis, ut interveniat alicui Capitulo generali? Et an caecus teneatur recitare horas Canonicas cum socio? Et an supradictus regularis caecus possit eligi in scribam, in visitatorem, in Praetorem, in Collegam? Idem est dicendum de surdo respectu Officii. Et an saltem religiosus caecus possit eligi in commissarium? Et an caecus teneatur horam Canonicam integram, quam memoria tenet recitare? Et an, si adest dies cuius integrum Officium divinum memoria tenet caecus, istud solum modo recitare teneat? Et docetur, quod surdus, qui potest legere, teneatur recitare, sive se audiat, sive non, sed si solus dicere non potest, non tenetur cum socio. Idem est de surdoastro. Et an caecus, vel infirmus, si cum socio possit recitare Officium divinum, & iste se offerat, teneatur caecus, vel infirmus illud acceptare, & recitare? Et an vero superius dicta de caeco procedant in Beneficiario, caeco, & Praebendario quod

ad recitandum Officium divinum? Et quid, si solitarius erat cum socio recitare? Ex p. 10. tract. 16. & Misc. 6. r. 46. aliàs 45. ibid.

8. An generales religionum possint avocare ad se causas pendentes coram inferioribus Praetoribus? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. r. 35. p. 7

9. An generales possint eximere subditum ab obedientia Prioris, Rectoris, Praepositi, vel Provincialis? Et an generalis non possit dispensare in poenam positam à Praetore inferiori sine consensu praedicti Praetoris inferioris? Et quid, si dictus inferior Praetorus obisset, vel vacasset? Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 38. ibid.

10. An regularis in casu iustae appellationis possit, omisso medio, non appellare ad Provinciale, seu ad Generalem, sed ad Romanum Pontificem? Et notatur, quod licet aliqua religio habeat privilegia Summi Pontificis inter alientia religiosi appellare, tamen intelligenda sunt modo, quod ius commune dictis religiosi appellatione denegat, secus quando gravat eos limites transgrediendo, &c. Ex p. 3. tr. 2. r. 5. 4. ibid.

11. An religiosi possint recurrere ad superiores supremos sine inferiorum Praetorum licentia ad ornatum Concilii Tridentini sess. 25. c. 4. de Regul. Et explanatur, quod licet Ordinarius iuste possit capere talem regularem per suum territorium transeuntem iuxta tenorem praedicti Concilii, non tamen iuste detinere, si idem faceret se gravatum appellasse, &c. Ex p. 3. tr. 2. ref. 56. p. 8

12. An in iudicio regularium nomina testium sint reo manifestanda? Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. ref. 7. ibid.

13. An Generales, & Capitulum generale possit limitare, vel omnino tollere à Fratibus usum privilegiorum Apostolicorum? Et an Capitulum generale possit statuere aliquid contra ius commune? Et in exemplum praedictarum difficultatum adducitur curiosum, & notabile dubium in textu huius resolutionis? Ex p. 3. tr. 2. ref. 87. p. 9

14. An Capitulum generale alicuius religionis possit restringere, & limitare usum privilegiorum? Ex p. 11. tr. 2. Misc. 2. r. 66. p. 11

15. An Praetores regulares possint anoveri à suis Praetoribus ad libitum suorum superiorum sine causa? Et superior, pendente accusatione, vel inquisitione contra aliquem, an in tali casu non possit etiam spoliare eum Praetura etiam manuali nisi prius probato delicto, &c. Ex p. 3. tr. 2. r. 117. ibid.

16. An Praetores regulares teneantur mittere professionem fidei? Sed magis dubium est circa regulares lectores Philosophiae, & sacrae Theologiae, an inquam, teneantur emittere fidei professionem? Ex p. 3. tr. 2. ref. 78. p. 12

17. An superiores regulares teneantur resistere in suis Monasteriis, itaut teneantur assistere etiam tempore pestis, & haresis, & etiam cum periculo mortis? Et quando vero, & pro qua causa debeat Generalis dispensare in casibus occurrentibus ut superior Monasterium remaneat extra Conveniunt per aliquos dies, &c. Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. r. 54. aliàs 53. ibid.

18. An superiores regularium, qui non legunt decreta Urbani VIII. de celebratione Missarum temporibus statutis, sed post aliquos dies, incidant in poenam? Idem dicendum est de alia constitutione Urbani VIII. de obser-



# Index Tractatum,

- uatione Bullarum pertinentium ad sanctum Officium? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. r. 15. p. 13
19. An superiores regularum, & alii excusentur à penis impostis in aliquibus Bullis Pontificiis ratione ignorantiae, & bonae fidei, etiam in foro xterno? Et docetur, quod in tali casu ignorantia probetur per iuramentum? Et notatur ignorantiam etiam vincibilem, sive facti, sive iuris imponentis censuras, & alias penas spirituales, sive factum illud fuerit peccatum mortale, si peccatum non fuerit ignorantia crassa, & supina factum, excusare ab omnibus illis penis? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. r. 24. ibid.
20. An superiores regulares possint erigere Monasteria, seu conventus absque Episcopi Diocesis licentia? Et quid de mutatio, e conventus de loco incommodo ad alium commodum locum ex privilegiis? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. r. 25. p. 14
21. An regulares possint mutare conventus de loco, v. g. non sano, vel incommodo ad alium sanorem, vel conditorem sine licentia Episcopi? Ex p. 3. tr. 2. r. 36. p. 16
22. An regulares possint exhumare cadavera, & in alio loco cuiusdam Ecclesiae transferre sine licentia Episcopi? Et an hoc intelligatur de corporibus perpetue sepelitur & traditis, & de translatiis de una ad aliam Ecclesiam, & secus quando sunt deposita, seu ad tempus servata in una, ut postea transferantur de uno loco ad alium eiusdem Ecclesiae, vel si corpus defuncti fuit regularibus datum, ut illud ponerent ipsi, ubicumque voluerint? Ex p. 3. tr. 2. r. 120. ibid.
23. An Abbates possint consecrare Calices, Altaria, Capannas, & benedicere lapides, Pixides, & alia vasa Ecclesiastica, non solum ad usum suarum Ecclesiarum, sed etiam alienarum? Et notatur quod privilegio concessio Abbatibus quoad supra dicta non possunt perferri ad alias religiones privilegiis et a habentes communicationem? Ex p. 3. tr. 2. r. 5. ibid.
24. An Praelati nostra religionis, & aliarum possint benedicere paramenta non solum nostrarum Ecclesiarum, sed etiam extrarum? Ex p. 3. tr. 2. r. 40. p. 17
25. An saltem Generalis religionis possit precipere subdito, ut Episcopatum acceptet? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. r. 33. ibid.
26. An religiosus factus Episcopus sit liber ab observatione votorum? Ex p. 3. tr. 2. r. 61. p. 18
27. An religiosus factus Episcopus efficiatur Dominus reddituum Ecclesiasticorum, & absolvatur à voto paupertatis? Et an praedictus Episcopus possit liberè restari de bonis patrimonialibus, & ex industria acquisitis? Et an dictus religiosus Episcopus teneatur saltem sub veniali ad observantiam regulares, qua Pontificio muneri non obstant? Et inferitur Religiosum Episcopum, si edat carnes Feria sexta, in qua Natalis Domini incidat contra id, quod precipitur in sua regula, non peccare, etiamsi Episcopus esset ex Fratribus Minoribus. Etiamque non teneri Officium divinum iuxta sua regula ritum solvere. Et si religiosus Episcopus omittat habitum sua religionis, & assumat exteriorem Episcopalem, tunc non incurrit excommunicationem latam contra dimittentes habitum sua religionis? Ex p. 3. tr. 2. r. 50. ibid.
28. An Episcopus ex religione Minorum assumptus teneatur ad votum vite Quadragesimalis? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. r. 39. p. 19
29. An vota, quae in quibusdam Religionibus annexuntur tribus votis substantialibus, obligent Episcopos à dictis Religionibus assumptos? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. r. 71. alias 70. ibid.
30. Quidam Episcopus dum erat religiosus, multa vota emiserat, quaevis à me. an postea poterit irritare illa Praelatus religiosus? Idem dicendum est quoad Cardinalis ex ordine religioso assumptos, aut aliquo privilegio Pontificio exemptos? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. r. 26. p. 20
31. An regulares possint exponere Eucharistiam publicè absque licentia Episcopi? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. r. 5. ibid.
32. An regulares teneatur servare dies festos ab Episcopo indictos? Et an ad hoc possint cõpelli per censuras? Et quantis regulares possint cogi ad observationem Festerum ab

- Episcopo indictorum, non tamen quoad Octavas, nec ad Festa votiva populorum, quae ex deviatione observantur? Et quid, quando populus obierit tantum festi votis, aut promissis? Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. r. 6. p. 22
33. An regulares teneatur observare festa ab Episcopi indicta? Et an contra facientes possint Episcopi procedere censuris? Et cursum docetur ex declaratione sacrae Congregationis regulares non teneri ad officia Festerum, teneri tamen ad officium de Paroano, non autem ad Octavam? Ex p. 11. tr. 12. & Misc. 2. r. 20. p. 23
34. An regulares in Missis Festerum, quae Episcopi praecipit servare in sua Diocesi debeant permutare Ritum suarum religionum? Et advertitur quoad Cõciones, & Lecturas, quae videm regulares ad populum habuerim, debere se cõformare Evangelio, & Epistolis, quibus Clerus secularis utitur in illis diebus festivis? Ex p. 3. tr. 2. r. 108. p. 24
35. An regulares possint facere processiones extra conventum sine licentia Episcopi? Et an processio Romani possit fieri per totam Civitatem, si ita habeat consuetudo a decem retro annis servata, & in quatuor festivitatis B. Mariae, nimirum Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis? Ex p. 3. tr. 2. r. 77. ibid.
36. An Episcopus possit excommunicare regulares volentes ad processiones accedere? Ex p. 3. tr. 2. r. 76. ibid.
37. An regulares non accedentes ad processiones possint ab Episcopo compelli per censuras vigore Concilii Tridentini sess. 25. c. 15. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. 1. r. 5. ibid.
38. Ad quales processiones possint Episcopi compelli regulares? Ex p. 3. tr. 2. r. 106. p. 25
39. An regulares possint ab Episcopo compelli, ut processionibus publicis assistant? Et si Praelati nolent ad processiones convenire, queritur, an Episcopus possit illos censuris, & penis cõpelli? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. r. 8. p. 26
40. An Episcopi possint precipere regularibus, ut interdicta ab Apostolica sede, vel propria auctoritate lata populo denuncient? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. r. 21. p. 27
41. An Episcopus possit punire regulares in casu sess. 7. c. 14. Concilii Tridentini? Et pro praxi huius difficultatis aliqua notabilia discutuntur in textu huius resolutionis quoad regulares, & etiam quoad Equites S. Joannis Hierosolymitani degentes, & delinquentes extra claustra, & quoad degentes intra claustra, sed extra delinquentes, & etiamsi cum notorietate, & scandalo deliquerint intra Ecclesiam sui Monasterii, & quid Episcopi in istis casibus competat facere? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. r. 33. p. 28
42. An Episcopus possit denunciare, ut evitentur, si regulares exempti incidant in aliquam excommunicationem? Et an hoc tantum fieri possit ab Episcopi in illis casibus, quibus id illis specialiter permittitur, ut v. g. si Extreme Unctionis, & Eucharistiae sacramenta ministrarent, aut matrimonium solemnizarent? Ex p. 3. tr. 2. r. 35. p. 29
43. An Episcopus possit ferre censuras in regulares? Et notatur, quod quavis Episcopus non habeat iurisdictionem in Monasterio Monialium, tamen ex iustis causis possit precipere suis subditis, ne intrent in praedicta Monasteria Monialium exceptarum, & erunt valide censurae. Et advertitur quod non potest Episcopus excommunicare, nec interdicare facultates regularium sine mandato Pontificis? Ex p. 5. tr. 9. r. 43. p. 30
44. An vigore Concilii Tridentini possint Episcopi censuris ac aliis penis in aliquibus casibus castigari regulares? Et pro praxi 17. diversis casus in textu huius resolutionis addiscuntur, & assignantur? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. r. 2. ibid.
45. An Episcopi possint censuris, & aliis penis punire regulares in iis, in quibus illis à sede Apostolica subiacentur? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. r. 29. alias 27. p. 31
46. An Episcopus habeat iurisdictionem in regul. exemptos, quando esset in possessione inuicandi illos? Ex p. 3. tr. 2. r. 34. p. 33
47. An Episcopus vigore Concilii Tridentini sess. 25. c. 14. possit carcerare regularem notorie delinquentem, & contra illum processum formare, ut postea remittat suo superiori, ut illum puniat? Ex p. 3. tr. 2. r. 132. ibid.
48. An regul. includantur in prohibitionem Episcopalem ne aliquis exerceat



# & Resolutionum.

exerceret sine Episcopi licentia, & cum certis conditionibus? Et an vero Episcopus in ordine ad Clericos possit multas restrictiones apponere circa modum exorcizandi? Ex p. 1. r. 2. rel. 36. ibid.

49. An Episcopus in Ecclesiis Regularium possit, ipsi inuitis, predicare? Et in dictis Ecclesiis Regularium an possit Episcopi divina officia privatum, & publice audire, & ea etiam in Pontificalibus ibidem celebrare, & solemniter populo ibidem benedicere, & Baldachino uti? Et notatur, quod non possunt ea quae iurisdictionem dicunt, exercere, ut chrisinare, ordinare, confirmare, degradare, &c. Ex p. 3. r. 2. rel. 109. ibid.

50. An Episcopus, inuitis Regularibus, possit in eorum Ecclesiis convocare processiones, & ordinationes, & confirmationem facere, vel cogere, ut ibi reus vincitus detineatur? Et an Inquisitores, inuitis Regularibus, possint eorum acta publica in eorum Ecclesiis celebrare? Ex part. 9. tract. 6. & Misc. r. 10. al. 48. p. 34.

51. An Regulares pro concionibus debeant ab Episcopis examinari? Et an Parochus possit bis, vel ter dare licentiam Regulari valde docto, & gravi, & noto, aliis ibi non approbato, ut predicet in sua Ecclesia? Et an Fratres Minores, & Predicatores, & similibus communicantes in eorum privilegiis predicantes in suis domibus quocumque anni tempore possint extra auditibus 18. annos ac, 320. dies Indulgentiarum, & certis Ecclesiis, ut in calce huius Resolutionis, & hoc ex variis Privilegiis? Ex p. 4. t. 4. & Misc. r. 12. ib.

52. An Regulares sine ab Episcopis examinandi, si minus praedicationis exercere velint in alienis Ecclesiis? Ex p. 6. t. 8. & Misc. r. 10. p. 35.

53. An Episcopi possint examinare Regulares, qui predicare velint in alienis Ecclesiis? Et an saltem Religiosi Mendicantes semel examinari in nova Diocesi ad praedicandum non possint in ea amplius examinari? Ex p. 9. tract. 9. & Misc. r. 12. al. 41. ibid.

54. An Regulares, si velint predicare, possint ab Episcopis examinari. Ex p. 11. t. 2. & Misc. r. 129. p. 36.

55. An Regulares predicantes in aliena Ecclesia sine licentia Episcopi possint ab eo puniri? Et an Parochus possit dare licentiam vero docto & noto etiam Regulari, ut bis, vel ter concionetur in sua Ecclesia sine Episcopi approbatione? Et an Predicatores Regularium non debeant ab Episcopis examinari, sed tantum requiratur ipsorum licentia ad praedicandum? Et notatur quod Concionatores Regularium semel approbati in uno Episcopatu itinerantes possint predicare, ubi voluerint, non contradicente Parrocho, & non obstante proprio Episcopo loci. Ex p. 3. r. 2. rel. 111. p. 37.

56. An predicatorum tam Regularium, quam secularium peccent mortaliter concionando sine licentia Episcopi? Et an predicatorum sine tali licentia possint excommunicari? Et an in transgressione talis precepti detur parvitas materiae, ut si quis predicaret semel, aut bis, possit excusari à peccato mortali? Ex p. 8. t. 7. & Misc. r. 11. ibid.

57. An Episcopi possint suspendere licentiam Regularibus praedicandi solum in casibus à iure expressis? Et quid circa hoc Sacra Congregatio declaravit? Et an Episcopi possint examinare Regulares volentes praedicare? Ex p. 7. r. 12. & Misc. r. 30. al. 28. ibid.

58. An Episcopi possint prohibere, ne Regulares predicent in Ecclesiis suorum Ordinum? Ex p. 3. r. 2. rel. 58. p. 38.

59. An Regulares, si extra tempus Quadragesimae, & Adventus velint in suis Ecclesiis predicare, teneantur petere benedictionem ab Episcopo? Si Regulares nolint coram ipso emittere professionem Fidei, an possit Episcopus illis denegare benedictionem praedicandi? Ex p. 7. r. 12. & Misc. r. 12. al. 22. ibid.

60. An Regulares possint predicare in suis Ecclesiis absque petitione benedictionis Episcopi? Et an possint in Ecclesiis extra suos conventus predicare absque licentia Episcopi? Et an Regularis Episcopo presentatus, & ab eodem approbatus, vel etiam indubite recusatus possit ubique in Ecclesiis predicare, etiam contradicente Episcopo? Et an hos Regulares, & quoscunque alios ab antecessore suo approbatos à praedicatione possit Episcopus suspendere? Ex p. 11. t. 2. & Misc. r. 1. p. 39.

61. An Regulares predicantes in suis Ecclesiis non petant benedictionem ab Episcopo possint ab eo puniri? Ex part. 7. r. 12. & Misc. r. 25. al. 23. p. 40.

62. An ut Episcopus, possit etiam Vicarius Sede vacante punire Regulares praedictos in Ecclesiis sine licentia, & benedictione? Ex p. 7. t. 2. & Misc. r. 26. al. 24. p. 41.

63. An Vicarius sede vacante possit suspendere, & ordinare, vel aliquis Regularis amplius predicet? Et an supradictus Vicarius, Sede vacante possit revocare Confessores Regulares, & reexaminare? Et notatur, quod in solo casu heresis possit capitulum sede vacante suspendere praedicationem Regularium. Ex p. 7. r. 12. & Misc. r. 27. al. 25.

64. An Superiores Regularium possint concedere laicis ut in suis Oratoriis predicent? Et an Episcopus non possit contradicere laico, ut ne sic predicet in Oratorio Religiosis de licentia Superioris; vel an possit ab huiusmodi laicis exigere, ut petant ab ipso benedictionem ad hoc, ut predicent, & ut prius faciant Fidei professionem? Ex p. 9. tract. 7. & Misc. r. 68. p. 42.

65. An si Episcopus sine iusta causa non admittat Regulares ad confessiones audiendas, possit, non obstante dispositione Concilii Tridentini, confessiones audire, ac si essent approbati? Ex p. 3. r. 2. r. 24. ibid.

66. An Religiosus presentatus, & iniuste ab Episcopo ad confessiones non admittitur possit adhuc confessiones excipere. Ex p. 6. t. 7. & Misc. r. 60. p. 43.

67. An si Episcopus neget Religiosis dignis, & idoneis approbationes ad audiendas confessiones, possint, hoc non obstante confessiones audire? Et an licentia semel legitime ac praevio examine facta Religiosis ab Episcopo non debeant, nec possint revocari absque magna causa, etiam si Episcopus dixerit in approbatione velle illas tantum valere ad beneplacitum? Ex p. 5. r. 13. & Misc. r. 45. p. 44.

68. An Regularis si iniuste non sit admittitur ab Episcopo ad confessiones audiendas, possit illas audire? Et an dicta licentia possit coarctari ab Episcopo ad tempus, vel pro diversis personis? Ex p. 11. t. 2. & Misc. r. 19. ibid.

69. An non obstante Conc. Trid. Regulares teneantur se subiicere examini Episcoporum quoad confessiones audiendas? Et inter alia, quae circa hoc in textibus Resolutionis discutuntur, etiam ex Sacra Cardinalium Congregatione docentur Praelatos Regulares, seu alios Religiosorum confessores posse audire confessiones secularium, quae sunt de familia, aut alias deservunt in eorum Monasteriis, si tamen sunt continui commensales absque licentia, seu approbatione Episcoporum. Et etiam queritur, an Praelati Regulares ex Tridentino cogendi sint ad examen, & approbationem Episcoporum ad audiendas secularium confessiones? Ex p. 11. t. 2. & Misc. r. 12. p. 46.

70. An Episcopi possint ex iusta causa approbare Religiosos ad audiendas confessiones limitate, v.g. ad viros, & non ad feminas. Ex p. 3. tract. 2. rel. 25. p. 48.

71. An Episcopus possit approbare Regulares, ut non excipiant confessiones mulierum ante aetatem quadraginta annorum? De Sacerdotibus secularibus non est dubitandum, sed docetur Sacerdotem saecularem pro masculinis tantum approbatarum probabile esse posse eligi a feminis virtute Cruciate, & Inbilai. Et an possit Episcopus denegare Regularibus licentiam, & approbationem ad confessiones excipiendas, dicendo se habere superfluitatem confessorum? Et an hac sit iusta causa. Ex p. 11. t. 8. & Misc. r. 27. p. 49.

72. An confessorius Regularis possit approbari cum limitatione ad tempus, ad personas, &c. Ex p. 6. t. 7. & Misc. r. 61. p. 50.

73. An Episcopus admittens Regulares ad audiendas confessiones usque ad beneplacitum possit dictas licentias ad libitum revocari? Ex p. 3. r. 2. rel. 26. ibidem.

74. An licentia excipiendi confessiones praesertim Regularibus concessa ad beneplacitum expirat mortuo Episcopo? Et si constet Regularem, v.g. esse saecularem, & approbatum, an possit Episcopus limitare licentiam pro excipiendis confessionibus ad annum ad beneplacitum, ad personas, &c. Et an approbatio semel data ab Episcopo possit revocari ad





# Index Tractatum,

- eodem licite ex causa, & valide etiam absque causa maxime si dederit illam ad libitum, seu beneplacitum? Et quid, si Episcopus illam dederit absque limitatione? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 48. p. 51
75. An licentia concessa Regularibus excipiendi confessiones ad beneplacitum exiret mortuo Episcopo? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. 1. r. 74. p. 52
76. An revocatio confessionum, praesertim quoad Regulares facta ab Episcopo sine iusta causa sit nulla? Et quid circa hoc quoad Sacerdotes seculares? Ex p. 3. tr. 2. ref. 22. ibid.
77. An Episcopi possint licite sine rationabili causa revocare approbationes liberas Regularium audiendi confessiones? Et an approbatio Regularium possit ab Episcopo ex iusta, & rationabili causa restringi, & limitari ad certum tempus, locum, & personas? Et an facultas audiendarum confessionum ad beneplacitum per Episcopos concessa possit quando unque revocari? Et notatur, quod Regulares ab Episcopo antecessore previo examine approbati possint moderum Episcopus rursus examinare. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 1. 200. ibid.
78. An confessorius secularis, vel Regularis semel approbatus possit ab eodem Episcopo examinari, & licentia data revocari? Et quid circa hoc quoad Regulares de Episcopo successore? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 62. p. 53
79. An Episcopi absque causa possint valide revocare approbationem non solum Confessorii secularibus, sed etiam Regularibus? Et an Episcopus absque iusta causa possit saltem revocare approbationes Regularium, si datae fuerint ad beneplacitum? Et notatur Sacerdotem semel approbatum, si absque causa ab Ordinario reprobat, aut suspendatur posse eligi in Confessorium per Bullam Cruciatam, si non ex culpa propria hoc evenierit. Ex p. 1. tr. 4. & Misc. 4. r. 15. p. 54
80. An novus Episcopus possit omnes Regularium licentias suspendere, & de novo illas examinare? Et notatur hoc ipsum non posse fieri a Capitulo Sede vacante. Et an si novus Episcopus revocet omnes licentias, & approbationes audiendi confessiones, non ideo comprehendantur Regulares, quando de illis specialiter non loquitur? Ex p. 3. tract. 2. ref. 27. p. 55
81. Vtrum Episcopus successor possit revocare approbationes Religiosorum a suo praedecessore concessas? Et an ab eodem tamen Episcopo, si previo examine fuerint Religiosi approbati, novo examini subici non possint? Et inferitur nullius particularis Religiosi approbationem suspendi posse a Praelato, a quo fuit concessa, tamen si non previo examine concessa fuerit nisi prius in particulari causa nova, & legitima suspensionis & probata fuerit. Et notatur non posse Episcopos non admittere regulares ad confessiones audiendas ex eo tantum, quod non sint necessarii tot confessorii in sua Diocesi, &c. Ex p. 1. tr. 8. & Misc. 8. ref. 52. p. 56
82. In quadam Civitate, mortuo Episcopo, Vicarius electus a Capitulo revocavit licentias audiendi confessiones, quas habuerat Regulares, volens illos novo examini subicere, quaestio est an licite hoc fecerit? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. 1. 94. p. 58
83. An Regulares approbati in una Diocesi, si in itinere commodo non se possint presentare Ordinarius, possint confessiones audire, non repugnantibus tamen Parochis? Et Regulares confessorii previo examine approbati ad audiendas confessiones in Urbe Roma, an egeant approbatione extra Urbem ab alio Ordinario? Et notatur, quod stante constitutione Urbani VIII. possunt hodie Regulares si in aliena Diocesi invenerint subditum Diocesis, in qua fuerunt approbati, eum audire, & absolvere, quod etiam potest quilibet Sacerdos secularis. Ex p. 3. tr. 2. ref. 123. ibid.
84. An Religiosus approbatus in una Diocesi cōfiteatur ubique approbatus? Et inferitur in iure Parochi esse Sacerdotem de cuius ad confessiones approbatione per Ordinarium, certum habet argumentum, advocare in parte sua Curiae eique oves suas absolvendas committere posse. Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. r. 59. p. 59
85. An Regularis approbatus ab uno Ordinario possit ubique locorum absque alia approbatione confessiones audire, saltem in foro conscientiae? Et an privilegia Concilii Tridentini contraria sint revocata in foro conscientiae? Et an hodie cesset omnis difficultas, stante Bulla Innoc. X. circa supra dicta prima difficultate. Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. r. 25. alias 23. p. 61
86. An Regularis approbatus in una Diocesi possit ubique locorum confessiones audire? Ex p. 1. tr. 2. & Misc. 2. r. 11. p. 61
87. An Regulares possint excipere confessiones familiarum aliter servientium, & commorantium in eorum Monasteriis absque Episcopi approbatione? Et notatur dictos Confessorios absolvere posse supra dictos familiares a casibus locorum ordinariis reservatis. Et etiam queritur, a quo sit potestatem Regularis excipiens secularium confessiones absque approbatione Episcopi? Et an Regulares possint ministrare Sacramentum Extremae Penitentiae secularibus ratione hospitii sine aliqua alia occasione in Monasterium ipsorum ingressu, mantibus ad mortem? Et notatur posse Regulares ministrare Eucharistiam in Paschate, & Viaticum in articulo mortis familiaribus, & servitoribus commorantibus in Monasterio, vel si sint coniugati, & dormiant nocte extra Conventum. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 36. p. 64
88. An Praelati Regularium possint sine approbatione Ordinarii audire secularium confessiones? Et an Sacerdotes simplices sine licentia, & approbatione Episcopi possint absolvere non solum peccata venialia, & mortalia alias rite confessi, sed etiam peccata mortalia in confessione oblati? Et an Equites D. Ioannis, Jacobi, Alcantarae, & Calatravae, potest veri Religiosi praesentia peccata confiteri cum simpliciter Sacerdote non approbato ab Episcopo? Ex p. 1. tr. 16. & Misc. 2. ref. 44. alias 46. p. 63
89. An Religiosi B. Ioannis a Deo, vulgo dicti Bonfratelli, vel alii Regulares, si privilegia Mendicantium participaverint, possint excipere in suis Hospitalibus confessiones infirmorum sine ordinarii approbatione? Et cur sim infirmorum, quod in Religione quoruncumque Regularium Sacramentum Penitentiae administratur penitentibus de familia a confessorio deputatis tantum in Religione ex consuetudine c. 1. l. 2. Concilii Tridentini. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. 1. ref. 95. ibid.
90. An Generales, & alii Praelati Religionum possint confiteri confessoribus extra Religionem? Et quid de Generalibus, & Praepositis nostrae Religionis? Et an supra dicti possint eligere in confessorium quemcumque Sacerdotem etiam ab Episcopo non approbatum intra, & extra Religionem? Et an privilegium quod habent Praepositi eligendi quemcumque confessorium extendi possit etiam ad Vicarios nostrorum in Sede vacante, vel alio modo absente Praeposito? Et an si absentia Praepositi esset non solum a Domino, sed etiam a Civitate, vel esset mortuus, vel ex alia causa dimississet officium, an in istis casibus Vicarius habeat iurisdictionem sui conscientiae, & contentio? Et docetur, quod privilegium inferri in corpore iuris non comprehenditur in generali derogatione sub nomine privilegii, his verbis, non obstantibus quibuscumque privilegiis. Ex p. 3. tr. 2. r. 1. p. 65
91. An Generales, & Praelati Regularium possint confiteri extero Sacerdoti? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 1. ref. 1. p. 67
92. An Episcopi extra Diocesim possint eligere confessorium, non approbatum ab Ordinario? Et quid de Praelato Regularium? Idem est dicendum de quolibet Regulari habenti licentiam eligendi confessorium? Et an Praepositi nostrae Religionis possint dare licentiam, ut Sacerdotes simplices audiant aliquas confessiones Fratrum? Et an in administrandis, & recipientibus Sacramentis necessariis ad salutem semper ruitores opinionum amplecti debeamus extra opinionem, quae versatur circa materiam, & formam Sacramentorum? Et docetur, quod non solum error communis, sed etiam probabilis Doctorum opinio efficit, ut Ecclesia det iurisdictionem etiam si opinio illa sit falsa: ut si probabile sit talem posse absolvere a reservatis, vel censuris, vel assistere matrimonio, excommunicare, eligere confessorium, &c. Ex p. 3. tr. 2. ref. 3. p. 68
93. An Vicarii Superiorum localium, & praesertim nostrae Religionis possint eligere confessorium, etiam praesente Superiori, extra Religionem? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. ref. 15. p. 69
94. An Guardiani, Priores, Praepositi, & Rectores Regularium possint illis praebere licentiam, ut eligant confessorium extra Religionem? Et quid in nostra Religione? Et notatur, quod quando Regulares ex licentia vel privilegio constituantur extra Religionem non tenentur eligere confessorium ab Episcopo approbatum



# & Resolutionum.

approbatum, sed sufficit eligere idoneum, hoc est non  
suspensum, vel excommunicatum. Et deciditur omnes  
Prelatos Conventuales Religioſorum habere iurisdic-  
tionem Ordinariam in utroque foro, & proinde posse eam  
delegare? Ex p. 3. tr. 2. r. 2. ibid.

95. An Generales, & Prelati Regularium possint licen-  
tiam prebere suis subditis, ut Confessario extra Reli-  
gionem confiteantur? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. rel. 2. p. 71

96. An Regulares possint confiteri (seclusa prohibitione ſuo-  
rum Prelatorum, vel de eorum licentia,) cum sacerdoti-  
bus secularibus non approbatis ab Ordinario, tamen  
sunt idonei? Et quid de Equitibus D. Jacobi, Alcantara,  
Calatrava, &c. Et an quando Regulares confitentur Sa-  
cerdoti seculari vigore alicuius Iubilaei, an tunc talis  
Sacerdos debet esse ab Ordinario approbatus? Et an  
Regularis, qui confitentur vigore Iubilaei, seu Bulla  
Cruciate, possint eligere Confessarium Regularem appro-  
bationem obtinere per eius Superiorem, quatenus non obtineat  
approbationem per Episcopum? Et advertitur quod  
Regularis iter facientes de licentia sui superioris secum  
portant virtuales licentiam eligendi Confessarium Sa-  
cerdotem ſecularem, vel regularem non approbatum  
ab Ordinario, &c. Sed docetur regulares in itinere,  
etiam si habeant expresse licentiam confitendi cum quo-  
cumque Sacerdote sub tali licentia non possunt obtinere  
absolutionem a reservatis? Ex p. 3. tr. addit. r. 4. ibid.

97. An Regularis, quando confitentur extra Ordinem  
cum licentia superiori, teneantur eligere Confessarium  
ab Ordinario approbatum? Et an Praepositi nostra Re-  
ligionis possint confiteri simpliciter sacerdoti nostrae Re-  
ligionis, qui non sit admissus ad confessiones auarandas a  
nostro P. Generali? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 5. p. 72

98. An Religiosus, si cum licentia superioris maneat extra  
Monasterium, teneatur confiteri cum sacerdote approbato  
ab Ordinario? Et an Religiosus eligens Confessarium vir-  
tute Iubilaei eligere possint ab Ordinario, non approbatus,  
sed solum a suis propriis Prelatis designari? Et adduci-  
tur inſigne privilegium, videlicet, quod Regularis possint  
semel eligere de eadem observantia confessoris, qui de omni-  
bus peccatis reservatis, & censuris possit eos absolvere, imo  
& dispensare in irregularitatibus, excepto homicidio, &  
mutilatione voluntaria? Ex p. 9. r. 8. & Misc. r. 5. p. 73

99. An Equites D. Ioan. D. Jacobi, Alcantara, Alcantara,  
Monteſe, &c. possint confiteri cu Confessario non appro-  
bato ab Episcopo? Et supponitur Concil. Trident. nihil  
innovasse circa approbationem Confessarii Regularium;  
& ideo si habeant licentiam confitendi in itinere possint  
eligere ſecularem sacerdotem non approbatum ab Ordini-  
ario. Et ex doctrina huius resolutionis inferuntur alii  
sex diversi casus ad supradictos Equites pertinentes. Et  
ultimo notatur dictos Equites Militares decenter acce-  
dere ad Sacramentum Penitentiae & Eucharistiae esse,  
& pugione accinctos; & laicos non obstante consuetudine  
contraria, si hoc facerent, nullum peccatum committere,  
imo neque irreverentiam? Ex p. 3. tr. 2. r. 30. p. 75

100. An Milites D. Jacobi, Alcantara, Calatrava, &  
praesertim Equites Ierolymitani possint confiteri sua  
peccata Confessariis non approbatis ab Ordinario? Ex  
p. 8. tr. 7. & Misc. rel. 96. ibid.

101. Quis in Religione obtinet licentiam a superiore  
confitendi per spatium octo dierum cum quodam Sacer-  
dote, a quo absolutionem obtinuit, post aliquos dies re-  
cordatur aliquorum peccatorum, quae sunt, an possit illa  
confiteri cum supra predicto sacerdote? Et inferitur ha-  
bentia licentiam audiendi confessiones ad tempus  
posse, eo transacto, prosequi confessionem antea captam?  
Ex p. 6. tr. 7. & Misc. r. 46. p. 76

102. An Regularis absentes cum licentia, ut possint cui-  
cumque Confessario confiteri, possint absolvi a reserva-  
tis? Ex p. 3. tr. 2. r. 119. ibid.

103. An Regularis extra Monasterium existentes possint  
a peccatis reservatis absolvi? Et an hoc non valeat pro

casibus ab ipsismet superioribus Regularibus reserva-  
tis? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. rel. 78. p. 77

104. Quidam Religiosus, cum in casum reservatum incidisset,  
ex industria cuiusdam negotii se transfudit in aliam  
civitatem, ut ibi absolveretur, quae scilicet, an valida fuisset  
illa confessio? Et explatur etiam idem quoad ſeculares  
ex sacra Cardinalium Congregat. id est, quod casus re-  
servati non possint absolvi etiam a Confessario pro illo loco,  
in quo non sunt reservati, si poenitens malitiose discedat  
a sua Dioecesi, in qua sunt reservati, & redat ad Confessa-  
rium alterius Dioecesis? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. r. 5. p. 78

105. An Confessarius ſecularis possit absolvere Novitios  
Regulares etiam a peccatis in Religione reservatis?  
Ex p. 3. tr. 2. r. 4. ibid.

106. An quilibet Confessarius ſecularis, vel Regularis possit  
absolvere Novitios etiam a peccatis reservatis in Religio-  
ne? Et inferitur posse Confessarios designatos a superiore  
domus excipere confessiones Clericorum professorum manen-  
tium sub Magistro. Et deciditur, quod quando praeprius  
est dubium, non obligat? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 5. p. 78

107. An casus reservatio superioris Monasterii com-  
prehendat Novitios? Et an Superiores Regulares possint  
reservare sibi casus non solum quoad Professos, sed  
etiam quoad Novitios? Ex p. 3. tr. 2. r. 110. p. 79

108. An qui de proximo vult ingredi Religionem possit  
absolvi per Confessarium illius Religionis a casibus  
Episcopo reservatis? Ex p. 3. tr. 2. r. 46. ibid.

109. An Confessarius, si petat a superiore regulari potesta-  
tem absolvendi aliquem a reservatis, si neget, possit poenitens  
illum absolovere pro illa vice? Et difficultas est circa  
predictam dictionem pro illa vice, an intelligenda sit pro  
una vice tantum? Et an si Confessarius petat a superiore  
Regulari unam licentiam absolvendi a reservatis aliquam  
personam particularem, possit etiam illam a peccatis refer-  
vatis commissis post licentiam obtenta pro prima vice? Et  
quid, si talis licentia fuerit obtenta a poenitente? Et si  
Confessarius ea petat pro una persona, an possit ea uti pro  
sua persona? Et an regulares possint sine licentia suorum  
Prelatorum semel absolvi ab omnibus reservatis & censuris,  
imo & dispensari in irregularitatibus, excepto homi-  
cidio, & mutilatione voluntaria? Ex p. 3. tr. 2. r. 126. p. 80

110. An si Praeatus regularis neget pro Confessario licen-  
tiam absolvendi subditum a reservatis, possit adhuc Con-  
fessarius illum absolovere? Et si in dicto casu licentia ne-  
get Praeatus, an peccet non solum contra charitatem, sed  
etiam contra iustitiam? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. r. 1. r. 6. ibid.

111. Quidam Regularis petiit a suo superiore authorita-  
tem absolvendi a reservatis pro una persona, quae sit a  
me, anrum in sua facultate comprehendit possit ipse pe-  
tens? Et si Vicarius Episcopi, Prior, vel alius quisque,  
qui a suo superiore habet facultatem absolvendi a casibus  
reservatis, una cum potestate subdelegandi, dato  
quod ipse incidat in casu reservato a suo Episcopo, vel  
superiore, an possit de illo casu absolvi ab eo, quem ipse-  
met delegaverit? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. r. 91. p. 81

112. An vicarius possit concedere facultatem absolvendi  
a reservatis, si Praepositus absit a domo per unum diem  
naturalem? Et quid est dicendum, si subditus ex in-  
dustria, & sine sufficiente causa in illum diem confes-  
sionem distulisset? Et quid, quando superior eodem die est  
reverſurus? Ex p. 3. tr. 2. r. 28. p. 82

113. An superiores Regulares possint auctoritate propria  
reservare casus in decreto Clem. VIII. contentos, vel  
opus sit hoc facere cum consensu capituli? Ex p. 8.  
tract. 7. & Misc. r. 69. ibid.

114. An superiores Regulares aliqua peccata prohibere  
possint sub poena excommunicationis sibi reservata? Ex  
p. 3. tr. 2. rel. 49. ibid.

115. An Religiosus tactibus alium polluens incidat in ca-  
sum reservatum Clem. VIII. Et utrum lapsus carnis  
voluntarius opere consummatus sit reservatus, quando  
non fuerit perfecte consummatus cum seminis emissionem?



# Index Tractatum,

- Item est de copula sodomitica? Et notatur Religiosum patientem copulam sodomiticam cum seminis emissionem incurere etiam in casum reservatum, quamvis ipse non seminet? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. ref. 61. p. 83
116. An Superiores Regularium possint sibi reservare talia impudicos, & oscula, sicutulas, munnscula, &c. Ex p. 3. tr. 2. r. 118. p. 84
117. An reservato peccato carnis contra castitatem externam includantur usus, ornatus, &c. procedens ex affectu interno? Et an talia peccata non possint reservari, neque subijci excommunicationi? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 163. ibid.
118. An pollutio cogitatio tantum turpia sit peccatum reservatum; & quid si sequatur ex aspectu nimis libidinoso, quando Superiores reservant pollutionem voluntariam? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 61. ibid.
119. An casus reservati desinant esse tales, si Superior Regularis reservans nuvere suo sanctus fuerit? Et quid in nostra Clericorum Regularium Religione? Et cursum inferitur, quod excommunicatio ab homine cessat, cum moritur, qui eam fulminavit? Ex p. 3. tr. 2. r. 23. ib.
120. An quis ex praesumpta voluntate Superioris possit aliquem absolvere? Ex p. 3. tr. 2. r. 11. p. 85
121. An possit puniti Regularis, qui expositus a suo Superiore ad excipientias tantum confessiones virorum, excipit tamen confessiones foeminarum vigore Iubis? Ex p. 3. tr. 2. ref. 93. ibid.
122. An Confessarius designatus a Superiore ad excipientias Fratrum confessiones possint confiteri Clericos profanos stantes sub cura Magistri? Et adduntur, & explicatur verba ipsa Clem. VIII. pro assignandis Confessariis a Praelatis Regularium, qui possint absolvere Regulares a peccatis, etiam reservatis a praedicto Clemente. VIII. & Rel. g. one? Ex p. 3. tr. 2. r. 5. p. 86
123. An Confessarius Regularis peccet mortaliter si nunquam aliorum confessiones excipere? Et quid in simili de Sacerdote nunquam in toto anno celebrante? Et an Parochus requisitus, sive titulo electionis, sive ut Pastor a suis Parochianis teneatur audire confessiones suarum ovium, quia id illi ex officio incumbit? Et an hoc toties, quoties fuerit requisitus? Ex p. 8. tract. 7. & Misc. r. 90. ibid.
124. I. quidam Religione tenebantur Religiosi confiteri determinatis temporibus, quaesierunt a me, an teneantur ad hoc si tantum peccata venialia haberent? Et an preceptum Clementinae obliget tantum, quando Patres Benedictini habeant peccata mortalia, teneantur confiteri tantum sub onere peccati venialis? Et an preceptum dicte Clementinae sit contrarium usui derogatum? Et docetur, quod nullus fidelis carens peccato mortali teneatur ad confitendum ex vi precepti confessionis annuae, imo nec ad comparandum coram Parocho? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. r. 35. p. 87
125. An privilegia Regularibus concessa celebrandi tempore interdicti sine revocata per Concilium Tridentinum h. 11. c. 12. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 213. Et ad litteram in p. 3. tr. 2. ref. 133. Ideo hic una tantum res. transcribitur ibid.
126. An Regulares in foro conscientiae possint uti privilegiis suis que sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum, v. g. an Regulares in foro conscientiae possint ordinari ante legitimam aetatem, &c. Ex p. 3. tr. 1. r. 59. p. 88
127. An Superior Regularis ex industria differens mittere subditum ad Episcopum Diocesani ordinantem, ut postea illum mittat ad alium Episcopum, peccet mortaliter, & incurrat poenas, stante decreto Clem. VIII. sub die 15. Martii 1596. Et an Superior Regularis contradictum decretum mittens suos subditos ad orationes suscipiendos, si missus orationes non suscipiat, peccet mortaliter, & incurrat? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. r. 59. aliàs 58. ib.
128. An Regulares, qui volunt sacris Ordinibus instari, debeant habere dimissorias ab Episcopis, in quarum Diocesim tunc manent? Vel an praedicti Regulares iuxta formam Congregationis Concilii? Ex p. 2. tract. 16. & Misc. 2. r. 13. aliàs 15. p. 89
129. An Praelati nostra Religions, & aliarum, que privilegiorum communitate gaudent, possint concedere dimissorias Novitio, ut ab Episcopo ordinetur? Ex p. 3. tr. 2. ref. 7. ibid.
130. An Praelati Regulares locales possint concedere dimissorias suis Novitiis, ut ab Episcopo ordinetur? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 7. p. 90
131. An possit Superior circa materiam gravem obligare sub veniali? Ex quo primitim deducitur, ut non possit ad venialem culpam in materia gravi obligari; Item autem dicendum est de juramento, in quo Deus in testimonium rei promissae adjuvat. Secundum posse confessionum poenitentiam gravem imponere sub veniali? Et notatur certum esse nullo modo posse legislatorum in materia levi obligationem gravem imponere, licet velis, & tendat? Et quid maxime ex usu Religionum, in quibus aliquando superiores res leves prohibent in virtute sanctae obedientiae, & sub poena excommunicationis? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. r. 91. ibid.
132. An Superior ratione circumstantiarum possit sub peccato mortali praecipere materiam leviem? Et an hoc idem dicendum est de Praelatis Ecclesiasticis? Et notatur praecpta prohibentia in virtute obedientiae ingressum in cellas ob alia incommoda vitanda, obligare etiam in casu, in quo aliquis certo sciat non adesse ibi periculum, ratione cuius praecptum impositum fuit. Sed etiam notatur solum Deum in materia levi posse obligare ad mortale? Ex p. 5. tr. 5. r. 47. p. 91
133. An subditus dubius de legitima Praelati potestate teneatur illi obedire, maxime si sit in possessione superioritatis? Idem dicendum est, quando adsumt diversa opiniones probabiles? Ex p. 4. tr. 3. ref. 8. ibid.
134. An subditus dubitans, an res praecpta sit licita, teneatur obedire? Et si Superior praecipiat aliquid sub conditione, de qua dubitatum est, an sit impleta, an subditus teneatur obedire? Et quid est dicendum, si Praelatus praecipiat sub poena excommunicationis lata sententia? Et notatur, quod si Praelatus est dubius de honestate praecpti, vel de excessu sui jurisdictionis, & imperet, subditus, si etiam dubitet, non teneatur obedire? Ex p. 4. tr. 3. r. 9. p. 92
135. An Praelati Regulares teneantur ferre censuras in scriptis? Et an aliter faciendo peccent, & incurant suspensionem? Et quid si Guardianus dicat pro suo triennio sub excommunicatione, ne subditus sui talem domum ingrediantur, vel quid simile, si hoc faciat sine scriptis, an incurrat, &c. Ex p. 5. tr. 9. ref. 73. ibid.
136. An Praelati Regularium teneantur in excommunicationibus premittere ordinem monitionum? Ex p. 5. tr. 9. ref. 10. p. 93
137. An Praelatus Regularis possit excommunicare Novitium? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. r. 60. aliàs 59. ibid.
138. An Religiosus possit communicare cum Praelato excommunicato? Et in casu, quo Praelatus sit excommunicatus, si tamen non est denunciatus, nec publicus Clericus percussor, an teneatur Regularis subditus illi obedire? Idem est de Episcopo excommunicato non denunciato? Ex p. 5. tr. 9. r. 127. ibid.
139. An dubius, utrum Parentum necessitas sit gravis, possit ingredi Religionem? Idem dicendum est, quando utrinque sint rationes ita probabiles, ut possit dici utraque par: opinabilis? Ex p. 4. tr. 3. r. 57. p. 94
140. An ingressus Religionis liberet debitorem ab onere restituendi? Et notatur, quod si post ingressum Religiosus hereditate, legato, donatione, &c. Religioso aliquod acquiratur, teneatur Monasterium eius debita solvere. Et an teneatur Religiosus ad laborandum in Monasterio pro



## & Resolutionum.

- pro solvendis debitis? Ex patt. 3. tract. 2. ref. 4. i. ibid.
141. An debitor, si non habeat sitem, quod manendo in saeculo fiant potentes ad solvendum, possint Religione ingredi, non obstante Bulla Sixti V. Et quid, quando quis breviter, v.g. duorum, vel trium annorum manendo in saeculo habeat sitem solvendi debita creditoribus? Et an ista constitutio non comprehendatur debitor es ex sola promissione liberali, vel qui incertis debitis sunt gravati, vel damnati ad pecuniarum poenam ratione alicujus damni, vel injuria illata, ut v.g. qui Virginem defloravit, &c. Ex p. 4. r. 4. & Misc. 2. r. 82. ibid.
142. An nutus, & servus, vel cacus possint esse Religiosi professionem emittendo? Et quid, si nutus esset simul cacus, aut quis esset simul cacus, & omnino servus, quomodo non nutus, nec hac à natura habeat, sed casu, & antiquam in hac incidere, nosset, quid esset professus? Ex p. 1. r. 6. ref. 34. p. 95
143. An servi possint ingredi Religionem sine licentia Domini? Et explanatur, quod Concilium Chalcedonense excommunicatione gladio Praelatorum vulnerat, qui sine licentia Domini recipiunt servos in Monasterium. Imo & excommunicantur, qui servos suadent. Dominum committere causa Religionis. Et an professio servi, contradicente vel ignorante Domino, sit nulla, & irrita, & aliqua alia circa hoc decidantur? Ex p. 7. tr. 7. ref. 6. 1. alias 60. ibid.
144. N. ex genere Mahometano, sed infans baptizatus, & postea Religionem ingressus, an possit sine ulla dispensatione ad Praelaturam assumi? Et an in tali casu non sit excludendus à Sacris Ordinibus? Et advertitur, quod Bulla Pauli IV. prohibens, ut descendentes ab Infidelibus possint in Ordine Minorum ad Praelaturam assumi, de solo Ordine D. Francisci loquitur; ideo non est extendenda per communicationem ad alios Ordines, quia Religiosi communicantes in privilegiis non proinde communicant in poenis, & odiosis. Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 1. p. 96
145. An quis peccet mortaliter, si absque iusta causa revocet aliquem ab ingressu Religionis? Et supponitur posse aliquando ex iustis rationibus alicui sine peccato dissuaderi Religionis ingressum. Et quid est sentiendum de peccato, & de damno temporali, & commodo factio Religioni, quando quis vi, vel fraude Novitium, vel alium impediens à profectenda Religione, &c. Et quid, quando sine vi, vel fraude ex Monasterio Religiosum professionem se duxit? Ex p. 1. r. 3. & Misc. 2. r. 22. ibid.
146. An Superiores Regulares volentes admittere aliquem absque causa in Religionem ad annum Novitiatum, peccent mortaliter? Et quid, si peccus ingressum habeat votum ingrediendi Religionem eius Superioris, à quo petit admitti; an ille negans simpliciter ingressum peccet mortaliter, si nullam habeat legitimam causam negandi ingressum? Et an peccent negantes suffragium Novitio idem ad professionem? Ex p. 10. r. 13. & Misc. 3. r. 6. p. 97
147. An Praelati Regulares omittentes informationes, quas praecipit Sixtus V. in receptione Novitorum, peccent mortaliter? Ex p. 3. tr. 2. ref. 82. p. 98
148. An Praelati recipientes Novitios sine dicta informatione incurant in poenas Bullae Sixti V. Si Novitius carnat illis defectibus. Ex p. 3. tr. 2. ref. 83. ibid.
149. Elucidantur aliqua circa informationes sumendas quoad Novitios, virtute Bullarum Sixti V. & Clementis VIII. Vbi diversi casus etiam pro Novitiis laicis, seu conversis, puellis Novitiis, & Equilibus Ierosolymitanis aliam Religionem volentibus ingredi in texu huius Res. adducuntur. Ex p. 9. r. 8. & Misc. 3. r. 54. ibid.
150. An Religiosi, qui secundum Decretum Clem. VIII. Novitiationem non fecerunt in locis designatis, possint, stante Bulla Urbani VIII. edita die 2. Aprilis 1631. coram Ordinariis locorum professionem nullitatem petere, non servatis tamen servandis, & praesertim dispositionibus Concilii Tridentini? Ex p. 5. r. 4. & Misc. 2. r. 16. p. 100

151. An Novitiatum factus partim in uno conventu, & partim in aliam eiusdem Ordinis sit Validus? Et an in tali casu Novitius indigeat ad profectendum consensu utriusque Monasterii? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. r. 44. p. 101
152. Quis ingressus in Religionem exitu quatuor mensibus in novitiatum ut laicus, postea transiit in statum Clericalem, & perficit annum novitiatum, queritur, an eius professio fuerit valida? Et quid e contra? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 12. ibid.
153. An egressio Novitii à Monasterio cum licentia tamen Superioris interrumpat annum novitiatum? Et quid si licentia sit illicite data? Et an in dicto casu possit extra Monasterium demorari non solum per unum, vel duos menses, sed etiam per majorem partem anni? Et an interrumpatur annus novitiatum, si Novitius recente habitu peveritini severitatis Superioris, seu Magistri Monasterium abdicat exeat causa se colandi, dummodo animum habeat redendi? Et quid, si retento habitu indebite, & sine licentia exeat claustrum, dummodo ad Monasterium redire intendat? Ex p. 3. tr. 2. r. 84. p. 102
154. Novitius, qui ex licentia sui Superioris per aliquos dies in domo paterna moratus est, dicatur interrumpisse annum sui novitiatum, ita ut professio postea facta sit nulla? Ex p. 7. tr. 1. r. 1. & Misc. 2. ref. 3. ibid.
155. An in continuatione anni Novitiatum detur parvitas materia? Ex p. 5. tr. 5. ref. 19. p. 103
156. An si revocatum privilegium Iulii I. concessum Minoribus, ut novitiatum interruptus possit continuari? Ex p. 3. tr. 2. ref. 89. ibid.
157. An, ut valida sit professio, annus Novitiatum Sumendus est de momento ad momentum? Et an idem dicendum est, si Novitius, explet e anno novitiatum, non attingat annum decimum sextum? Ex p. 3. tr. 2. ref. 57. ibid.
158. An in aetate requisita ad professionem emittendam detur parvitas materia? Et quid in anno novitiatum? Et quid est aetatem, si Novitius compleat probationis annum die 24. Februarii anno bissextili, an dicatur expletus hic annus nisi secunda die, quem etiam appellatur 24. id est 25. dies? Ex p. 5. tr. 5. r. 118. p. 104
159. An professio alicuius Novitii, vel Novitiae sit in valida, si fuerit admissa contra prohibitionem Generalis, Episcopi, &c. Vnde clare discutitur illius difficultatis questio, an lex prohibens aliquem actum reddat illum non solum illicitum, sed invalidum? Et docetur legem prohibentem simpliciter actum an etiam si nihil aliud addat, irritare illum. Et pro firmata doctrina praedictarum difficultatum alia multa adducuntur, & tota doctrina est valde notanda, & in mente, & promptu tenenda, quia in multis casibus in praxi est quotidiana. Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 6. ibid.
160. An Novitius in articulo mortis constitutus, non expleto probationis anno, ad professionem admitti possit? Et si moriatur sine testamento, an succedat in bonis eius Monasterium? Ex p. 3. tr. 2. ref. 17. p. 107
161. An in articulo mortis possit dari professio Novitii? Et si moriatur sine testamento, an succedat in eius bonis Monasterium? Et an in dicto casu, quo fiat professio, an novitius, vel Novitiae convalescens de infirmitate teneatur continuare, seu complere residuum anni integri probationis, ac iterum profiteri? Ex p. 5. tr. 3. ref. 139. ibid.
162. An Novitius in mortis articulo possit quovis anni novitiatum tempore professionem emittere? Et in dicto casu notatur, quod talis Novitius debet habere sexdecim annos completos. Ex p. 7. r. 12. & Misc. 3. r. 3. alias 1. p. 108
163. An Novitii morientes possint eligere sibi sepulturam? Et quid, si in domo Parentum moriantur, si ibi sint cum habitu & licentia Praelati; an debeant sepeliri in Monasterio? Et notatur, quod Religiosi possunt suos familiares intra Claustra morientes in sua Ecclesia sepelire. Ex p. 5. tr. 3. ref. 109. ibid.
164. An Novitii gaudeant privilegio professus alicuius Religio



# Index Tractatum,

- Religionis, concessi, vel solum privilegio Canonis? Ex p. 3. tr. 2. refol. 73. ibidem.
165. An Novitius, cum redit ad saeculum, teneatur ad expensas, quas in eum alendo Monasterium fecit, quia in Monasterio mulierum consuetudo est universalis? Ex p. 3. tr. 2. ref. 16. p. 109.
166. An Novitius recedens à Religione reincidat in censuras ac irregularitates, à quibus in Religione absolutus fuit. Ex p. 3. tr. 2. refol. 44. ibid.
167. An Novitius possit condere testamentum, servatis tantum solemnitatibus juris Ecclesiastici, non autem Civilis; & quid de Clericis? Et notatur, quod heres alienus novitii, vel Clerici ex testamento confecto ab ipso sine forma juris Civilis potest in conscientia hereditatem adire, & possidere. Etiamque advertitur Novitium Societatis IESU, etiam si possit valide condere testamentum, peccare tamen venialiter, si hoc faceret absque licentia Superioris. Et queritur, an Patres Societatis IESU, qui post annum novitatus emittunt tria vota substantialia, possint valide testari absque licentia Superioris? Et quid est agendum, si talis Religiosus licentiam non petierit, sed facto testamento mortuus sit? possint Superior testamentum sine sua licentia factum rescindere? Et docetur Collegia, & domos professas Societatis IESU, posse heredes institui sive ab aliquo suo Religioso, sive ab extraneo; & professo Societatis IESU, tantum esse incapaces successions ab intestato. Et notatur de usu fructus testamentum fieri posse à Novitiis, non obstante Concilio Tridentino sess. 25. c. 16. de reformat. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 16. p. 110.
168. An Novitius etiam Patrum Minorum, aut Cupucinatorum possit in suo testamento reservare electionem puellarum, quibus suis heres debet quotannis solvere certam pecuniarum summam? Et an supra dicta nominatio puellarum debet fieri cum licentia Superioris? Ex p. 3. tr. 2. ref. 74. p. 111.
169. An sit licitum Religioso suum testamentum ante professionem factum declarare? Ex p. 3. tr. 2. ref. 75. ibidem.
170. An legitima debeatur filii statim post professionem Patris? Vel in tali casu, si non debeatur legitima, obligentur filii alimenta à Monasterio petere? Idem dicendum est, si filius Religionem ingrediatur. Et an Religioso habenti Majoratum, fideique commissam succedat ei substitutus à die professionis, vel Monasterium? Ex part. 6. tractat. 7. & Misc. 2. refol. 55. ibid.
171. An Magister tertie Classis in nostra Religione, vel ut dicitur, in aliis noviter professorum debeat habere atatem 35. annorum necessariam pro Magistro Novitorum iuxta Constitutiones Clem. VIII. Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 29. pag. 112.
172. An Regularis professus, loquens cum Novitio absque Magistri licentia, peccet mortaliter? Et quid, si loquatur cum eo verba vitæ aeternæ? Ex p. 9. tract. 7. & Misc. 2. ref. 1. ibid.
173. An Religiosi negantes suffragium Novitio idoneo peccent mortaliter? Et an retrahentes quempiam sine iusta causa ab ingressu Religionis committat peccatum lethale? Ex p. 3. tr. 2. r. 19. ibidem.
174. An si quis absque causa neget Novitio professionem, peccet mortaliter. Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. ref. 26. p. 113.
175. An aliquis dubitans, si Monasterio expediat admittere Novitium ad professionem, possit illum reprobare? Et an in tali casu dubitans adstringatur ad veritatem inquirendam, aut equum suffragium ferat? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 44. p. 114.
176. Quidam expleto anno novitatus fuit à Capitulo Monasterii admissus ad professionem, quam ex levissima causa distulit emittere ad sex menses, sed postea emissam quaesivit à me, an fuerit valida? Et notatur, quod post annum probationis expletum licet Superiori differre professionem Novitii ob iustam causam, non obstante Concilio Tridentino Decreto. Et quid in supradicto casu de Monialibus? Ex p. 3. tr. 2. ref. 128. ibid.
177. An recipere possit professionem solemnem simplex Religiosus licentia tamen sui Superioris? Et an etiam de licentia sui Superioris possit non solum Episcopus, sed etiam aliquis Clericus, imò & laicus recipere professionem? Ex p. 3. tr. 2. r. 70. p. 115.
178. An Superiores Religionum possint aliquem Clericum ad statum laicalem transferre? Et quid è contra? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. ref. 75. aliàs 74. ibid.
179. An professio in aliqua Religione emissa à laborante morbo Gallico sit nulla, si hoc celavit in examine? Sed difficultas est, an in pena peccati negando defectum, quem tenebat in ingressu confiteri, possit Religio privare habitum, & illum expellere? Et quid circa hoc in Decreto Urbani VIII. determinatur de professis non expellendis? Et quid in Religione, qua habet tale statum de expellendo talem professum confirmatione à Summo Pontifice? Et notatur quod professus morbo Gallico laborans, cuius professio est in dictis Religionibus irrita, non est obligatus ad Religionem in genere; nec talis professio ullam ei inducit obligationem. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 188. p. 116.
180. An solus metus reverentialis annullat professionem. Ex part. 3. tract. 2. refol. 92. ibid.
181. An professus Religionem per vim, & metum postea post quinquennium reclamare? Et an, ut possit audiri post quinquennium, debet impetrare rescipsum à Papa, sine quo nec Superior, nec Episcopus possit audire reclamantem? Ex p. 3. tr. 2. ref. 62. ibid.
182. In dubio, an iustus metus incussus fuerit, & an professio sit valida, pro quo sit presumendum? Idem dicendum est, quando dubium est de animo se obligandi ratione metus. Ex p. 4. tr. 3. ref. 55. p. 117.
183. An dubius, utrum ante quinquennium elapsum ratificaverit professionem nullam, maneat obligatus. Ex p. 4. tr. 3. ref. 49. ibid.
184. An ignorans nullitatem professionis, vel impediens ad reclamandum intra quinquennium, an possit adire reclamare, non obstante Concilio Tridentino sess. 25. c. 9. de Regularibus? Et quid est dicendum, si vera sit professio esse nullam, & tibi quinquennium, ac ratio modoratum habuit professionem, an possit adire reclamare? Et an dimissio temeraria habitus non impediatur, ut Regularis non audiat super nullitate professionis, si postea eundem habitum reassumat, non obstantibus verbis Concilii? Ex p. 3. tr. 2. ref. 53. ibid.
185. An ad ratificandam professionem nullam requiratur scientia nullitatis professionis precedentis? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. refol. 56. ibid.
186. Quidam professus ex causa metus annullavit suam professionem, postea matrimonium inire volebat, quaesivit à me, an licite fieri possit? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 1. ref. 51. p. 118.
187. An Religiosus mulier professus incurat suspensionem, si ordinetur & irregularitatem, si celebrat? Et in & iuramento huius Resolutionis docetur, quid facere debeant Episcopi, quando Regularis ordinatur. Ex p. 4. tr. 2. r. 8. ibid.
188. An Regularis, qui scit professionem suam irritam, & ordinatur, peccet mortaliter, & sit suspensus? Ex p. 3. tr. 2. ref. 113. ibid.
189. An hodie virtute privilegiorum possint Regulares expellere Religiosos propter delictum grave semel perpetratum, non obstante Decreto Urbani VIII. de titulis, & fugitivis? Et notatur quod Generales Societatis IESU hodie possunt expellere suos subditos ex aliis titulis, quam incorrigibilitatis. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 58. aliàs 57. ibid.
190. An incorrigibilis possit eici à Religione à solo Generali, vel Provinciali? Ex p. 11. tract. 2. & Misc. 1. ref. 13. p. 119.



## & Resolutionum.

191. An ejectionis à Societate IESV, si sint constituti in sacris, debeat aliquid pro patrimonio? Ex p. 10. tr. 11. rel. 68. p. 121
192. An expulsus à Religione teneatur se corrigere, ut iterum in illa admittatur? Et notatur, quod Religiosus expulsus teneatur ad votum castitatis. Et an ratione voti teneatur ad obedientiam Episcopi? Et difficultas est quoad votum paupertatis, an expulsus à Religione maneat liber ab hoc voto, & quicquid acquirat, an Monasterio acquirat? Et quid de officio divino, si non est in sacris, de jure, & aliis annexis Religionis? Ex p. 3. tract. 2. rel. 60. p. 122
193. An Religiosus ejectionis ab Ordine, si emendatus petat ingredi, teneatur superiores iterum in religione cum recipere, sicut jus habet Religiores occidendi Religiosum ejectionis? Et an Religiosus ejectionis, quando admissio in suam pristinam Religionem post debitam correctionem deservit, non teneatur ad aliam Religionem transire? Et an Religiosus ejectionis non teneatur redire ad ipsam Religionem, de qua ejectionis est? Et an ejectionis à Religione non teneatur ad precepta, & jejunia contenta in regula religionis, de qua ejectionis sunt? Et an dicti ejectionis possint ad Ordines promoveri? Ex p. 3. tr. 1. r. 116. ibid.
194. An iustus ejectionis à Religione si aliquid acquirat, Monasterio acquirat? Et ex doctrina huius questionis inferatur, an Religiosus ejectionis si se dignum efficiat, & reformet suos mores, teneatur enim Monasterium recipere? Et an teneatur etiam ipse redire, quoties fuerit à Monasterio vocatus? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. r. 4. aliàs 2. p. 123
195. An Religiosus ejectionis si expendat bona in usus illicitos, teneatur accipere ea Monasterio restituere? Et advenit Religiosus habentem licentiam à superiore expendendi bona in quocumque usus voluit, peccare contra iustitiam, si det talia bona meretricibus, &c. nec eas teneri ad restitutionem? Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. r. 5. aliàs 3. ib.
196. An sententia data ab Episcopo N. super nullitate professionis cuiusdam ejectionis ab Episcopo intervenientis superioris Religionis fuerit nulla? Et quid supra hoc, etiamsi non fuerit ejectionis, sed perierit nullitatem professionis contra Episcopo? Et ex doctrina huius resolutionis aliqua alia circa hoc inferuntur, que sunt valde notanda? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. 2. r. 2. p. 124
197. An Regularis delinquens in alio Monasterio possit puniri ab Episcopo, vel saltem à superiore illius Monasterii? Ex quo cursum sequitur, quod Clericus delinquens in Monasterio exempto, puta, ludens aleis non incurrit censuram suspensionis latam à suo Episcopo contra ludentes. Et notatur sub nomine Regularium, in verbis Concilii non includi superiores, qui egent speciali mentione? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. rel. 49. p. 125
198. Que sint causa legitima, ut quis possit transire ex Religione strictiori ad laxiorem? Ex p. 3. tr. 2. r. 43. p. 126
199. An Regularis transiens cum licentia ad aliam Religionem teneatur ibi integram animam novitatus perficere? Et an hoc procedat, licet fiat transitus ab artiori ad laxiorem Religionem; imò respectu eiusdem Ordinis? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. r. 25. ibid.
200. An bona Religiosus transiens ad aliam Religionem, vel Episcopatum pertineant ad primum, vel ad posterius Monasterium? Et notatur ius succedendi Religioso competens, cum sit personale, transire cum eo ad Monasterium, ad quod transferatur, si est capax succedendi; unde inferitur legatum relictum sub conditione, que impletur est tempore secunda professionis, ad secundum Monasterium pertinere? Ex p. 3. tr. 2. rel. 114. p. 127
201. An votum subditi de transiendo ad strictiorem Religionem possit Prælati Regularis dispensare, non vero irritare? Ex p. 3. tr. 2. rel. 9. r. 1. ibid.
202. An per renovationem votorum Regularium obtineatur remissio omnium peccatorum? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. rel. 180. ibid.
203. An vota vite Quadragesimalis Minorum, Redemptio prisonis captivorum Mercenariorum, non acceptanda Prælatibus extra Religionem Patrum Societatis IESV, & Discalceatorum D. Augustini, & similia sint dispensabilia saltem per Generalem? Idem dicendum est de quocumque statu Religioso habente votum aliquod ex peculiari ratione talis status præter vota communia, quod Prælati Religionis non possunt dispensare, irritare, aut commutare? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. r. 34. ibid.
204. An Caribustiani, secluso scandalo, extra morbum possint comedere carnes sine peccato mortali? Ex p. 3. tr. 2. r. 39. p. 128
205. An Caribustiani in articulo mortis teneantur edere carnes? Et an peccet Medicus, aut alius minister, qui Caribustiano egrotanti, & infirmo præberet cibos aliquos ex caribus? Ex p. 5. tr. 3. r. 136. ibid.
206. Quidam Regularis propter æstum ad capiendum somnum dormiebat sine tunica lancea, que erat habitus sua religionis, quæsit, an peccaverit mortaliter? Et quid est dicendum, si Fratres Minores, & observantes merentur camisi lineis? Et an Religiosus, qui spoliatur habitu ad liberius fornicandum, peccet mortaliter non solum contra temperantiam, sed etiam se exuendo habitu, quamvis apostata non sit? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. r. 72. p. 129
207. Aliqui casus, in quibus Religiosus dimittentes habitum sua religionis non incidunt in censuras cap. ut periculosa, ne Clerici, vel Monachi in 6. Et an Religiosus iniuste gravatus à Prælato, fugiens ad Prælatum superiorem possit dimittere habitum, donec tunc accedat ad Prælatum superiorem? Ex p. 3. tr. 2. r. 115. ibid.
208. An in dimissione habitus propria religionis detur parvitas materis? Ex p. 5. tr. 5. r. 61. ibid.
209. An Religiosus dimittentes habitum ad aliquam honestam representationem faciendam in Monasterio inter ipsos peccent venialiter, etiamsi coram secularibus representent in Monasterium? Etiamque in textu huius resolutionis alii diversi casus discutuntur circa dimissionem habitus regularis. Et etiam queritur, an si Patres Societatis dimittant habitum, incidant in penas à iure latas? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. r. 5. p. 130
210. Quidam ex gravi necessitate Parentum egressus Religionem non poterat illos juvare, nisi habitum religionis dimitteret, serviendo viro Nobili habitu seculari, queritur, an hoc licite fieri poterit? Et in dicto casu, an poterit supradicto Religioso proprius Prælati licentiam ad mutandum habitum dare? Et an si Religiosus professus pro viribus in religione non possit huic gravi necessitati Parentum succurrere, tunc petita licentia, & non obtenta, licite possint egredi, quamvis ad id non teneantur? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. r. 19. p. 131
211. An Prælati possint dare licentiam subditi manendi extra claustra ad subveniendum Parentibus non solum in extrema necessitate constitutis, sed etiam in gravi? Et quid est faciendum, si Prælati neget licentiam subditi, ut extra claustra subveniat Parentibus graviter tantum indigentibus, an possit subditi de bonis sibi in usum concessis Parentibus subvenire, vel debet ad illa donanda procurare licentiam? Ex p. 3. tr. 2. r. 90. p. 132
212. An stante decreto Clem. VIII. de reform. regul. possint hodie superiores præbere licentiam subditi ex iusta aliqua causa extra claustra permanendi absque consensu Summi Pontificis? Et an post decretum Clem. VIII. & Urbani VIII. si Prælati faceret alicui potestatem foras degendi, possit hic tunc conscientia remanere? Et an ante prædicta decreta assereretur posse Generalem facere facultatem Fratris alicui iniquo, & insolenti, qui propter delicta sua condemnatus fuit ad triverni, & ab his postea restitutus, ut possit Eremiticam regulariter vitam ducere, vel in aliquo hospitali, vel Ecclesia, præstita per eum obedientiam Ordinaria loci, seu Generali ipsi? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. r. 30. ibid.



# Index Tractatum,

213. An in aliquo casu possint superiores regularium uti scientia habita in confessione, non obstante decreto Clement. VIII. & an dictum decretum obliget sub mortali? Ex p. 4. r. 4. & Misc. r. 202. p. 133
214. An post decretum Clem. VIII. deur casus, in quo superiores Regularium possint uti notitia habita in confessione subditorum? Et an si Confessorius scit ex notitia habita in Confessione, quod quedam mulier Nobilis, quando vocat Confessorios in domum suam ad confitendum, sapius illor sollicitat, queritur, an ab ipsa vocatus possit se excusare propter periculum labendi in peccatum, licet nullam habeat idoneam excusationem? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 15. ibid.
215. An vocales nostra religionis possint licite abesse à capitulis? Et quid de Cardinalibus, Et quid est sententiam de Senatoribus, Consiliariis, & Decurionibus Civitatis? Et an vocalis peccet mortaliter, si se absinet à Capitulo, quando licet tractanda sit res magni momenti, ipse tamen scit concludendam esse, nec posse cum suo voto adjuvare, nisi illud dicendo inquietudinem, periculum notabilis damni rixas, & notat singularitatis, & protervia acquirere? Et quid est dicendum, si vocalis rem injustam concludendam ab aliis possit cum suo voto impedire? Ex p. 3. tr. 2. ref. 6. p. 135
216. An sint habendi tractatus ante electionem? Ex p. 2. r. 16. & Misc. 2. r. 35. aliàs 37. p. 136
217. An in electionibus, si vota ferantur sub conditione, vel personis incapabilibus habenda sint pro nullis, itane qui à majori parte aliorum votorum fuerit electus, rectè sit electus? Quod idem dicendum est in scrutinio per schedulas celebrato, si reperitur aliqua schedula alba; tunc enim ea rejecta, ac si non esset, cetera vota numerantur? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. ref. 77. ibid.
218. An regulares teneantur eligere in superiores digniores? Et quomodo Abbates perpetuos, & Generales? Et an, si ad solum generalem pertineat eligere superiores, obligetur ad eligendum digniores, vel aequè dignos? Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. r. 37. p. 137
219. An regulares pecuniam relictam cum onere perpetuo celebrandi Missam possint implicari super bona Monasterii exempta à simili onere? Et an ex prædicta pecunia possit extinguì census Monasterii, vel emere aliquis census, aut alterius annui redditus, aut redificare Ecclesiam, vel Monasterium? Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. r. 25. aliàs 26. p. 138
220. An regulares, quando adire non possunt Summum Pontificem, vel sacram Congregationem, debeant pigorare vasa, lampades, candelaabra argentea cum licentia Episcopi? Sed circa hoc aliqua alia valde notanda, & in mente tenenda pro casu occurrente explanantur? Ex p. 5. r. 13. & Misc. 2. r. 6. ibid.
221. Ad quam summam debet ascendere res, ut pretiosa dicatur ad effectum, ut Prælatum illam non possit alienare? Et an reliquia sanctorum non possint alienari, itane comprehendantur sub bonis mobilibus pretiosis prohibitis sine debita solemnitate? Et an possit fieri permutatio ab una Ecclesia ad altera absque solemnitate? Et alii duo casus circa hoc in §. 4. & 5. huius resolutionis explanantur. Et tandem notatur non posse regulares, inconsulta sacra Congregatione, accipere pecunias ad cambium, vel mutuo cum solutione lucris cessantis, vel damni emergentis? Ex p. 4. r. 4. & Misc. r. 223. p. 140
222. An si Conventus, vel particularis religiosus consignaret in Banco pecunia quantitatem cum favore, possit ex inde extracta illam distrabi, non obstante Paulina, & decreto sacra Congregationis? Et an census computetur inter mobilia, & pecunia retracta ex redemptione census Ecclesia possit distrabi absque facultate Apostolica? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. r. 52. ibid.
223. An si quis furatus est librum historiarum ex bibliotheca regularium, si habet animum solvendi pretium duplicatum, peccaverit, & adhuc teneatur ad restitutionem dicti libri? Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. r. 44. p. 141
224. An religiosi peccent mortaliter assistendo agitationibus tavorum? Et an in ista prohibitione comprehendantur religiosi sacris ordinibus non initiati, vel religiosi laici? Et quid de Novitiis, & Monialibus, Equitibus Militarium Ordinum, etiam si minoribus Ordinibus fuerint insigniti? Et an Canonici regulares, & Fratres Clerici ordinum Militarium sine dubio comprehendantur, quia verè sunt regulares? Et an saltem peccent venialiter Clerici Sacerdotes, & beneficiarii assistentes agitationibus tavorum? Et an sit peccatum mortale tavorum in circo, vel in foro agitare festivos diebus? Et quid, si extra forum, vel circummagitatio fiat per plateas, & calles civitatis fimbriis longis pedes, vel cornua tauri ligati? Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. r. 11. p. 142
225. An prohibendum sit regularibus studium iuris civilis? Et notatur, quod sufficit licentia Prælati facta religioso ad existendum in studio, nec requiritur consensus conventus, sed ut plurimum consilium, quod quidem non tenetur sequi? Ex p. 3. tr. 1. r. 79. p. 143
226. An generales regularium possint, non obstante Bulla Greg. XV. edita anno 1623. & Urbani VIII. anno 1631. præbere subditis licentiam legendi libros prohibitos? Ex p. 5. r. 13. & Misc. 1. r. 49. ibid.
227. An regulares possint eligere in Indices conservatores Prælatos aliarum Religionum? Ex p. 9. r. 9. & Misc. 4. r. 26. p. 144
228. An in exemptione solvendi decimas prosi communitario privilegiorum, qua inter se gaudent regulares? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. r. 50. aliàs 49. p. 145
229. An exemptio regularium non solvendi decimas extendatur ad bona emptia, donata, locata, & in emptoribus habita? Ex p. 10. tract. 12. & Misc. 2. r. 51. aliàs 50. p. 146
230. An coloni, & arrendatarii agrorum regularium gaudeant eorum privilegiis non solvendi decimas? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. r. 52. aliàs 51. p. 147
231. Observantur aliqua circa privilegia regularium non solvendi decimas? Et notatur, quod privilegia regularium exemptionia à solutione decimarum extendantur non solum ad prædia tempore concessionis iam acquisita, sed etiam ad acquirenda; & ad prædia non solum culta usque ad illud tempus, sed ad novalia culta post concessionem privilegii. Et an regulares amittant hac privilegia per non usum 40. annorum, vel per privilegium Eugenii IV. necessarium sit spatium centum annorum? Et an hac privilegia à regularibus renuncitari possint? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. r. 53. aliàs 52. p. 148
232. An quidam regularis, qui mactavit vaccam incurrit penas Bullæ Urbani VIII. editæ die 28. Aprilis 1633. contra presumentes mactare animalia agrorum cultura inferrentia in Regno Sicilia? Et an ignorantia etiam vincibilis, & crassa excuset? Et explanatur, quod ignorantia probatur per iuramentum? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. r. 187. ibid.
233. An licitum sit legatum annuam Fratribus Minoribus relictum pro infirmitate? & de aliis legatis agitur pro dictis Fratribus? Ex p. 1. tr. 33. p. 149
234. An Fratres Minores possint recipere annuatim perpetua, & legata perpetua annuorum reddituum pro fabrica Ecclesie, vel alio usu divini cultus? Et an si aliquis instituat heres cum onere, ut hereditate vendat, & pretium in Fratrum Minorum necessitatibus convertat, testamentum sit validum? Et an non solum in huiusmodi heres possit institui, sed etiam cum onere, ut quædam in perpetuum det aliquid prædictis Fratribus Minoribus sive in sustentationem, sive pro Ecclesia, alio, & similibus? Et notatur, quod si Fratres Minores res aliqua immobilis relinquatur à testatore absolute, nihilominus legatum valet, & pretium, vendita hereditate, vel re aliqua alia, debet dari Fratribus Minoribus



## & Resolutionum.

- Monachibus.* Ex p. 10. r. 14. & Misc. 4. r. 67. aliàs 65. ibid.
235. *An possit fieri legatum alicui religioso professo cum conditione, ut nihil acquiratur Monasterio?* Et aliqua alia circa hoc adnotatur? Ex p. 3. tr. 2. r. 34. p. 150
236. *An religiosus, si persuadent moribundo, ut sepulturam eligat in sua Ecclesia, incidat in aliquam penam, excommunicationem, & peccatum?* Et quid est dicendum, si religiosus induceret moribundum ad sepeliendum se in aliena Ecclesia? Ex p. 5. tr. 3. r. 101. p. 151
237. *An religiosi morientes extra Monasterium, ubi sunt sepeliendi? Et notatur, quod tenentur expensas factas in Monachi sepultura solvere, si in Parochiali Ecclesia sepeliatur.* Ex p. 5. tr. 3. r. 110. ibid.
238. *An secularis hospes regularis, si inter illos moriatur, sepeliendus sit in eorum Ecclesia, vel in Ecclesia Parochiali, in qua situm est Monasterium? Et docetur, quid agendum sit de suis familiaribus, & seruatoribus, modo tamen dicti actualiter religiosi inserviant, aut in locis religiosorum commorentur, & sub eorum obedientia viveant? Et an facularis femina existens in Monasterio Monialis, si in sine vita velis sepeliri extra Ecclesiam Monialis, spectet ad Parochiam, vel ad Confessorum Monialis officiare cadaver, & percipere quarta funeralem, & alia iura ratione sepulture? Idem est de puillis dege-ribus intra Monasterium causa educationis? Et notatur, quod pro Novitio moriente apud confanguineos, vel alios extra Conventum, si in Monasterio suorum regularium sepeliatur, non debetur quarta Parocho, sub cuius Paro-cha mortuus est? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. r. 62. ibid.*
239. *An regulares, quando accedunt ad funera mortuorum, debeant adire Ecclesiam Parochialem, vel accedere ad domum defuncti? Sed difficultas est, quando Capitulum Cathedralis intervenire debet, an omnes Clerici faculares, & regulares, & omnes confraternitates accedere ad funus volentes debeant congregari in Cathedrali ad levandum Capitulum? Et quid de iure, & consuetudine? Et aliqua alia notabilia, & curiosa circa hoc adnotantur, & tandem explanantur, quod regulares monere, & ex-pectare debent Parochum in supradicto casu, quo requi-sita, & expresse venire recusante, licet eisdem regulari-bus, etiam ipso invito, cadaver ad propriam Ecclesiam transferre? Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 65. p. 152*
240. *An peccata fornicationis inter regulares dicantur contra bonum publicum? Et an quando fornicatio com-mitteretur semel, vel bis, tunc dici non debere vergere in fornicium publicum? & ita etiam in casu fortiori de crimine nefando? Et an in his omnibus adhibenda sit correctio fraterna, quando speratur, ut in casu heresis, & sollicitationis? Ex p. 3. tr. 2. ref. 69. p. 153*
241. *An si religiosus, vel Monialis in delectationem mo-rosam consentiat, violet votum castitatis? Ex p. 7. tr. 11. r. 34. p. 154*
242. *An regularis, qui suadet alteri regulari, ut adulte-rium perpetret, peccet contra votum castitatis? Et do-ctur Monialis, vel in sacris constitutum propriis acti-bus sacularem pollutionem sine propria delectatione sa-tisfacere in confessione, si dicat, tangens impedire alium pollutum, nec tenetur explicare sumum secretum. Et qui pollutus est, sufficit dicere, alienis tractibus pollutus sum, non explicans viri, aut mulieris facularis, vel regularis? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. ref. 27. ibid.*
243. *An ingressus mulierum in claustra virorum regula-rium prohibeatur sub peccato mortali? Et an hoc probi-bitum sit in Bulla Pii V. & Gregorii XII. ita ut non excusetur a mortali excommunicatione? Et notatur feminas, que in casibus permixtis ingressa sunt in ali-qua loca Monasterii excusari ab excommunicatione, etiam si postquam ingressa sunt, ad ulteriora loca pro-grediantur, &c. Ex p. 4. tr. 4. Misc. ref. 179. ibid.*
244. *An hodie mulieres possint ingredi claustra regularium omittendo processiones? Et an hoc prohibitum sit in con-*
- stitutionibus Pii V. & Greg. XIII. Ex p. 7. tr. 13. Misc. 3. ref. 6. aliàs 4. p. 155*
245. *An mulieres possint ingredi claustra regularium, quod fit lotio pedum in die Iovis sancti, vel datur habitus, vel professio alicui Novitio, vel sepeliatur defunctus absque metu censurarum? Et in his eventibus, an possint for-mine intrantes ingredi Capellas postas in claustra, quia he sunt officina secreta? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. ref. 52. aliàs 51. p. 156*
246. *An pena privationis Officiorum, & inhabilitatis ad illa, lata in Bulla Pii V. contra introducentes feminas in Monasterio incurratur absque iudicis sententia? Et notatur generales, & Provinciales religionis posse dis-pensare in supradictis penis, non autem Confessarium virtute Bullae Cruciate? Et an preter dictas penas in-troducentes feminas in Monasteriis incurrant suspen-sionem a divinis, & excommunicationem Pii V. Ponti-fici reservatam, de qua Episcopus, etiam si sit occulta, non possit absolvere, quod etiam idem dicendum est de Con-fessario virtute Cruciate? Ex p. 3. tr. 2. & ref. 66. ibid.*
247. *Quidam regularis ex transgressione Bullae Pontificiae incidat in privatione vocis active, & passive, queritur, an teneatur in conscientiam petere dispensationem ante iu-dicis sententiam? Et an Pralati regulares dispensare pos-sint cum propriis subditis super privatione vocis active, & passive, aut Officiorum, Dignitatum, &c. nec non in inhabi-tilatione ad ea, aliis que similibus penis Ecclesiasticis, que contrahuntur ex aliquo delicto sub dictis penis probi-bito a Sum. Pontif. vel alius regularium superioribus? Et quid, si hac fuerint imposita a sacra Penitentiaria in pen-am cuiusdam delicti? Ex p. 11. r. 6. & Misc. 6. r. 47. ibid.*
248. *An omnia virae vocis oracula concessa regularibus sint hodie sublata? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. r. 61. p. 157*
249. *An virae vocis oracula regularibus concessa, hodie non obstant Bulla Urbani VIII. & Greg. XV. adhuc minime revocata censeantur? Ex p. 10. tract. 14. & Misc. 4. r. 26. aliàs 24. p. 158*
250. *An virae vocis oracula regularibus concessa hodie sint ablata, & extincta? Ex p. 11. r. 6. & Misc. 6. r. 45. p. 160*
251. *An privilegia Mendicantium revocentur per Bul-lam Cæne Domini? Ex p. 3. tr. 2. r. 10. p. 162*
252. *An post Concilium Tridentinum omni modo exem-ptionis regularium privilegia confirmata sint? Ex p. 11. tr. 3. & Misc. 3. ref. 5. p. 163*
253. *An clausula ex certa scientia apposta in Bullis Pontificiis confirmantibus privilegia regularium revo-care faciat, & immoveat, privilegia revocata? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. ref. 7. p. 164*
254. *An Bulla Pii V. que incipit, Et si Mendicantium Ordines, sub 17. Kal. Junii 1567. fuerit revocata per aliam Bullam Greg. XIII. que incipit, In tanta, &c. Ex p. 3. tr. 2. r. 107. p. 167*
255. *An Bulla Pii V. que incipit, Et si Mendicantium, & que amplissima regularium privilegia continet, fue-rit revocata per Bullam Greg. XIII. que incipit, In tanta, &c. Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. r. 6. ibid.*
256. *An regulares possint uti suis privilegiis, etiam si con-tra illa habuerint contrarium usum? Et an privilegia regularium per non usum non prescribantur nisi per centum annos? Ex p. 3. tr. 2. r. 88. p. 168*
257. *An regulares communicantes in privilegiis communi-cent in penis illius Ordinis, de cuius privilegiis partici-pant? Et docetur privilegium communicabile posse ab aliis regularibus exhiberi, quasi sub nomine propriae re-ligionis transcriptum, & concessum absque nota falsi-tatis? Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. r. 56. aliàs 55. ibid.*
258. *An Clerici regulares, vulgo dicti Theatini gaudeant privilegiis concessis aliis religionibus? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 91. p. 169*
259. *An ab e religiones gaudeant privilegiis concessis So-cietati I. E. S. V. cum limitatione, ne illis aliqua religio communicet? Et ideo per privilegia concessa dictæ*

Societati



# Index Tractatum,

- Societati possint alii Regulares ordinari absque interstitiis & extra tempora, & absque examine de casu, ab Episcopo, & similia. Et notatur, quod quando Pontifices concesserunt privilegia Societati IESV, tali modo, ut subdit illius non communicant illis, nisi concedatur illis a suo Generali, hac limitatio non ligat alios Regulares, sed inconsulto suo Generali gaudent illis privilegiis. Ex p. 3. tr. 2. ref. 81. p. 172
260. An Regulares aliarum Religionum possint uti privilegiis Societatis IESV, que conceduntur assignatis tantum a P. Generali? Et an Regulares virtute suorum privilegiorum possint dispensare cum secularibus ad petendum debitum, si a suis Superioribus ad hoc minime deputati fuerint? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 46. p. 173
261. An derogatio in amplissima forma privilegiorum Societatis IESV, & nostre Religionis valeat, & prejudicet, si non fuerit dilis Religioni intimata, & insinuata? Et quinam sunt, qui possunt uti privilegio Clem. VII. concessio Clericis S. Sylvestri de Urbe, alias vocantur Theatini, dicendo saltem sex, aut septem Psalmos assignatos a Pralato cum septem Pater noster, & bis Symbolum Apostolicum loco Horarum Canonicarum? Ex p. 3. tr. 2. r. 68. ibidem.
262. An derogatio in amplissima forma privilegiorum Societatis IESV prejudicet, si non fuerit ei insinuata, & intimata? Sed difficultas est, an valide possit Pontifex privilegia Societatis IESV revocare non servata forma, qua ex Bulla Greg. XII. in revocatione requiritur? Ex p. 7. tr. 10. & Misc. 1. ref. 29. ibid.
263. An Confessores Regulares possint extra Sacramentum Penitentiae absolvere a censuris ratione suorum privilegiorum? Et an hoc etiam procedere debeat in confessariis secularibus quando absolunt excommunicatum virtute Bullae Cruciate? Et quid est dicendum in dispensationibus super irregularitate, voto, juramento, & petitione debiti, an hoc extra Sacramentum Penitentiae Regulares facere possint? Ex p. 3. tr. 2. ref. 20. Et ad pedem literae in praedicta p. 3. tr. 4. ref. 63. Sed hic una tantum transcribitur. p. 174
264. An excommunicatio incurra per Duellum possit absolvi a Regularibus, virtute suorum privilegiorum? Et an in hac excommunicatione, si delictum est occultum, & non deductum ad forum contentiosum possit Episcopus dispensare toties quoties? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. refolut. 103. ibidem.
265. An Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvere ab excommunicatione contracta per duellum? Et an confessarii Regulares degentes in Regno Sicilia non includantur in decreto Clem. VIII. ita ut possint absolvere duellantes ab excommunicatione? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. ref. 45. pag. 175
266. An si excommunicatus ab homine efficiatur Religiosus, possit ab eju Pralato absolvi virtute suorum privilegiorum? Et an virtute concessionis Clem. VIII. possint dicti Pralati absolvere ingredienti Religionem ab omnibus censuris Papae reservatis? Et an excommunicatus per sententiam ab aliquo Episcopo possit absolvi, si domicilium mutet ab isto Episcopo? Et notatur, quod hac tamen locum non habent, in eo, qui cum excommunicato communicat in crimine criminoso. Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. ref. 46. ibid.
267. An Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvere a casibus Papalibus, a quibus Episcopus absolvit ratione necessitatis, vel impotentiae ad eundem Summum Pontificem? Et infertur confessarium vigore Bullae Cruciate, vel Inhibitoriae quidem commutare vota Castitatis, & Religionis, scilicet paenalia, conditionalia, parzialia, temporalia, & in quibus Episcopus iure Ordinario dispensare potest. Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 62. alias 61. p. 176
268. An Regulares ex confirmatione privilegiorum possint hodie absolvere a quinque casibus Papalibus exceptis in Decreto Clem. VIII. & Urbani VIII. ac etiam a casibus Episcopo reservatis. Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 1. ref. 2. p. 177
269. An Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvere a censuris ab Episcopo reservatis, non obstante Decreto Clem. VIII. & Cardinalium declaratione? Et an possint Regulares excommunicationem reservare, non obstante quodam motu proprio Clem. VIII. in quo abstitit Pralatis Regularibus facultatem peccata reservandi? Et in textu huius resolutionis alii quinque casus valde notandi, & in promptu tenendi discutuntur. Ex p. 3. tr. 2. ref. 13. p. 179
270. An Regulares possint absolvere a casibus reservatis Episcopo de iure communi? Ex p. 8. tract. 7. & Misc. ref. 7. 1. ibid.
271. An Regulares virtute privilegiorum possint absolvere a casibus Episcopo reservatis? Et asseritur, quod privilegium insertum iuri communi non derogatur, nisi fiat expressa mentio eiusmodi privilegii. Sed in §. ultimo huius Resolutionis adducitur amplissima derogatio privilegiorum facta ab Urbano VIII. sub 5. Novembria 1631. Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. ref. 9. p. 180
272. An hodie post decretum Urbani VIII. die 27. Novembria 1628. possint Regulares absolvere a casibus Episcopo reservatis? Et infertur, an ut leges Pontificiae obligent in toto Orbe, necessarium sit, ut publicentur, in omnibus Diocibus & Provinciis? Et docetur, quod in derogatione generali privilegiorum non comprehenditur privilegium insertum in corpore iuris communi, si non fiat eius specifica derogatio. Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 50. alias 51. p. 182
273. Virum decretum super absoluteione a casibus reservatis deroget privilegiis confessariorum commemorantium in hoc Sicilia Regno, & Sardinia? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 1. refolut. 30. p. 183
274. An Regulares virtute suorum privilegiorum possint commutare, vel dispensare vota extra confessionem? Quod vero in dicto casu dictum est de Regularibus virtute privilegiorum, dicendum est de Bulla Cruciate, & Inhibitoriae, quia per ea confessarii commutant vota. Et notatur non operere, ut commutatio votum virtute nostrorum privilegiorum sit confessarius votantis & idem dicendum est, si vota dispenset. Ex p. 3. tr. 2. r. 9. p. 184
275. An regulares possint commutare, vel dispensare vota extra confessionem? Et quid de absoluteione censurarum? Et docetur, quod quando quis operatur cum opinione probabilis, operatur tuto & incide per viam tuam, & ita facit suas operationes. Ex p. 4. tract. 4. & Misc. ref. 8. ibidem.
276. An Regulares possint commutare, vel dispensare votum peregrinationis ultra duas dietas? Ex p. 3. tract. 2. ref. 121. p. 185
277. An Regulares vigore privilegiorum possint dispensare ratione alicuius urgentis necessitatis in voto castitatis absolute, in quo casu potest Episcopus dispensare? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 50. ibid.
278. An votum castitatis emissum ante contractum matrimonium possit commutari virtute privilegiorum, quibus fruuntur Regulares, ut votens possit petere debitum? Et quid super hoc quoad Episcopum, Bullam Cruciate, & Inhibitoriae? Et docetur, quod dispensatio ad petendum debitum potest fieri extra Sacramentum Penitentiae, & in casu necessitatis in absentia. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. ref. 16. p. 186
279. An Confessores regulares possint dispensare cum his qui in primo gradu affinitatis contraxerunt. Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. ref. 27. ibid.
280. An Confessarii regulares virtute suorum privilegiorum possint dispensare cum secularibus ad petendum debitum, si a suis Superioribus ad hoc minime deputati fuerint? Et notatur, quod Provinciales cedentes alicui subdito licentiam, ut possit dispensare cum impeditis ad petendum debitum ab incestu, vel voto, non possunt dictam licentiam re-



# & Resolutionum.

vocare abique iusta causa. Et an hoc licentia non expiret, quantum Provincialis qui eam concessus fuerit moriatur? Et an hoc dispensatio ad petendum debitum possit fieri extra Sacramentum, & urgente necessitate in absentia per scriptum? Ex p. 3. t. 2. r. 14. p. 187

281. An Regulares possint dispensare in impedimento affirmati ad petendum debitum inter conjugatos, & hoc virtutem privilegiorum precipue Pii V. Et an hoc sit revocatum per particularem Bullam Urbani VIII. anno 1631. Et an Regulares debeant esse confessores Superiorem Monasterium? Et an dicta dispensatio debeat fieri in Sacramento Confessionis, & non extra? Et in domibus, & Ecclesiis Religiosis, & non extra? Ex part. 6. t. 8. & Misc. 3. r. 32. ibid.

282. An Confessarii Regulares possint dispensare ad petendum debitum cum conjugibus, qui intra se contraxerunt affirmati ex incestu? Et an vigore alterius privilegii Julii II. possint hodie confessarii Regulares dispensare in predicto casu abique deputatione Provincialis, quod erat necessarium vigore privilegii Pii V. Et an conjugatis ignorantibus hoc impedimentum non sit opus eos docere de huiusmodi impedimento, maxime si nullus spectatur fructus? Ex p. 10. t. 14. & Misc. 4. r. 22. alias 20. pag. 188.

283. An Praelati Regulares possint commutare, & dispensare vota Novitiorum? Et an predicti Praelati Regulares, & Abbatissa non possint irritare vota Novitiorum, & Novitiarum, sed tantum commutare, & dispensare? Ex p. 3. t. 7. r. 1. ibid.

284. An Generales Religionum possint dispensare cum subditis illegitimis ad Dignitates, & Officia ordinis extra Capitulum generale? Et an Generales ordinum possint dare licentiam Prioribus localibus, atque Provincialibus dispensandi cum illegitimis ad dignitates, & officia ordinis abique Capitulo generali, vel Provinciali? Et an legitime a Rege, si intret in Religionem, non censetur legitimatus ad Officia ordinis? Et an Sacerdos illegitimus dispensatus in saeculo, & habens ibi beneficium Curatum, si Religionem intret, sit dispensatus ad officia, & dignitates ordinis? Ex part. 3. tract. 2. resol. 102. p. 189

285. An irregularitas ex defectu natalium tollatur per professionem solennem Religionis, non solum quoad Sacros ordines, sed etiam ad Praelaturas suscipiendas? Et an Praelati Regulares possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Praelaturas, & Dignitates in Capitulo generali, vel provinciali ex constitutione Greg. XIV. Et an per professionem Religionis deleatur etiam irregularitas ex usu ordinis contracta, ut si illegitimus in saeculo abique dispensatione ad ordines promotus fuisset? Ex p. 4. t. 2. r. 65. ibid.

286. An illegitimus per professionem censetur ipso facto dispensatus ad omnes Dignitates Religionis? Et an si illegitimus in Praelatum eligatur a sciente illegimitate eius, & potente dispensare super ea, hoc ipso censetur dispensatus saltem quoad forum conscientiae, & secus dicendum est quoad forum externum? Et an Religiosus dispensatus ad gradus, honores, & dignitates ordinis necesse sit, quod exprimat qualitatem illegimitatis, (an scilicet sit spiritus, naturalis, Sacriligae, aut incestuosus?) Et cursum docetur, quod ius Canonicum Religiosos illegitimos, hoc ipso quod solennem faciunt professionem, reddit habiles ad recipiendos Ordines Sacros. Et an dispensatus ad dignitatem inferiorem, vi talis dispensationis eligi possit etiam ad Dignitatem superiorem? Et docetur dispensationem ad Prioratum, Provincialatum, & omnes alias Dignitates Religiosis non posse esse Generalem Religionis sine nova dispensatione. Et an illegitimus dispensatus in saeculo ad omnia, & qualiacumque beneficia, hoc ipso non possit eligi ad Praelaturas, ac Di-

gnitates Regulares? Et quid est contra, an dispensatus ad Dignitates Regulares non censetur dispensatus ad Dignitates seculares? Ex p. 10. t. 13. & Misc. 3. t. 9. ibid.

287. An Superiores Religiomm Monachalium, Mendicantium, & aliorum possint cum suis subditis illegitimis non solum ad Praelaturas inferiores, sed etiam ad Generalatum virtute suorum privilegiorum dispensare? Et an saltem Generales Religionum possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Generalatum? Et deducitur quod illegitimus dispensatus ad ordines, censetur tantum dispensatus ad Minores. Et quid si in dispensatione dicatur ad omnes Ordines? Et si illegitimus esset dispensatus, ut possit obtinere beneficia, an tunc dispensatio non intelligatur, nec extendatur ad beneficia Curata? Et quid est sentiendum, si in dispensatione apponerentur haec verba, ad quaecumque beneficia? Et docetur, quod in decretis, & rescriptis Pontificiis verba aliquid operari debent, & non solum verbum, & quilibet dictio non debent sine effectu aliquid operandi apponi, sed etiam quilibet Syllaba. Et asseritur, quod licet ipsa dispensatio odiosa sit, ac stricte interpretanda, potestas tamen dispensandi late interpretanda venit. Et advertitur, quod dispensatus ad omnes, seu quascumque dignitates non censetur dispensatus ad Episcopatum. Et an privilegia contrarium iuri communis stricto, vel late sint interpretanda? Et an privilegia Regularibus concessa absolute, pro utroque foro concessa intelligantur? Et asseritur, quod legitimatus per subsequens matrimonium potest eligi in Episcopum, Cardinalem & Papam. Et an privilegia dubia Regularium, dubietate orta ex ambiguitate verborum, & jurisconsultorum interpretatione in favorem Regularium sint intelligenda? Ex part. 10. tract. 9. rescripta, pag. 191

288. An eiectioni a Religione, vel dimissioni a Superioribus ex Societate Jesu remittantur in irregularitatem ex defectu natalium, ita ut non possint exercere ordines receptos, nec ad alia promoveri? Et quid dicendum est de Religioso illegitimo post annullatam professionem, an possit post latam sententiam in saeculum rediens exercere susceptos ordines, & ad alios promoveri? Et notatur professionem non solum tollere irregularitatem quoad ordines suscipiendos, sed etiam quoad ordinum usum susceptorum. Et an ex declaratione Sacrae Cardinalis Congregationis eiectioni a Religione, & extra illam degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio ordinum, sublata Ordinarius locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi. Ex part. 4. tract. 2. resol. 66. pag. 199

289. An spectet ad Praelatos Regulares indicare circa suos subditos, an defectus corporis sit inamovibilis, ut in dicitur irregularitatem, vel non? Et an qui tunc non habet, sit irregularis? Et an Praelati Regulares possint dispensare cum suis subditis in irregularitate ex vitio corporis proveniente, ut v.g. cum illo, qui digito caret, non tamen pugillari vel pollice; qui caret oculo dextero, vel sinistro, auro, vel pede, & ambulat cum pede ligneo, vel habet manus tremulas, &c. Ex p. 4. t. 2. resol. 73. pag. 200

290. An Praelati Regulares quoad suos subditos possint dispensare super infamia iuris etiam publica? Ex p. 5. t. 14. & Misc. 2. r. 91. ibid.

291. An Praelati Regulares uti possint privilegio Concilii Tridentini c. 6. sess. 24. de Reformat. quoad dispensandum & absolvendum suos subditos? Et an sub nomine Episcopi in dicto Concilio comprehendatur Vicarius generalis? Ex p. 7. t. 1. r. 5. ibid.

292. An Superiores Regulares possint dispensare cum suis subditis super irregularitate contracta ex homicidio voluntario? Et quid si sit occultum? Et an hoc etiam exteatur ad Novitios? Et adducitur insigne privilegium Pauli III. pro Religiosis, ubi conceditur, ut in singulis annis primo die





# Index Tractatum,

lunæ Quadragesima dispenſent cum omnibus ſubditis in omni irregularitate quavis occasione, vel cauſa contracta. Et an dicti Prælati Regulares poſſint vigore privilegiorum diſpenſare ſuper bigamia vera, vel interpretativa? Ex p. 3. tr. 2. r. 45. p. 201

293. An Prælati Regulares poſſint diſpenſare cū ſuis ſubditis in irregularitate ex homicidio voluntario occulto proveniente? Et an mortuo, vel amotō Priore Vicarius in Sede vacante poſſit ſuper hoc ipſum diſpenſare? Et an Prælati Regulares Ordinum Mendicantium poſſint cum ſuis ſubditis diſpenſare in irregularitatibus provenientibus ex publico delicto, & ad forum contentioſum deducto præterquam homicidii voluntarii, bigamie, & mutilationis membrorum? Ex p. 7. t. 11. & Miſc. 2. r. 41. p. 202

294. An Prælati Regulares poſſint diſpenſare in irregularitate contracta ex homicidio voluntario? Et an ſit probabiliter non incurri irregularitatem per homicidium omnino occultum, quod ſcilicet nulla ratione probari poſſit in iudicio, neque in notitiam hominis venire niſi ex confeſſione ipſius occiſoris? Et cur ſim iſtæ, quod excommunicatus, aut ſuſpenſus ex delicto omnino occulto non tenetur abſtinere ſe ab uſu ordinis, ne ſe prodatur. Et queritur, an reſtrictio facta in Tridentino ſeſſ. 14. de reform. c. 6. ne diſpenſent Epifcopi ſuper irregularitate ex homicidio voluntario occulto extendatur ad mandantes, aut conſulentes tale homicidium? Et an idem dicendum ſit de conſulente mutilationem; vel an conſulens mutilationem non ſit irregularis. Ex p. 10. tr. 13. & Miſc. 3. r. 38. p. 203

295. An Regulares poſſint diſpenſare in irregularitate contracta ex homicidio occulto? Ex p. 11. tr. 2. & Miſc. 2. r. 26. p. 204

296. An ſaltem irregularitas vera bigamia, & interpretativa ſit diſpenſabilis a Prælatiſ Regularibus cum ſuis ſubditis? Et an bigamia præfata poſſit diſpenſari a quocunque conſeſſario ordinis eſt prior regis Sixti V. Et an ſaltem Generales Religionum poſſint diſpenſare cum ſuis ſubditis in bigamia ex cōceſſione Sixti IV. facta Carthusiæ ſibi? Et an Prælati Regulares per quamdam conſeſſionem Pauli III. poſſint ſemel ſingulis annis prima die lune Quadrageſima diſpenſare cum ſuis ſubditis in omni irregularitate quavis occasione, vel cauſa contracta, ubi nihil exceperit, neque bigamiam, neque homicidium voluntarium, & c. de qua in Bullariis? Et notatur poſſe prædictos Prælatos diſpenſare cum ſuis ſubditis ſuper bigamiam ſimilitudinariam eo modo, quo poſſunt Epifcopi cum ſuis ſubditis. Ex p. 4. t. 2. r. 63. p. 205

297. An Prælati Regulares poſſint abſolvere ſubditos ſuſpenſos propter ordines ſuſceptos ante legitimam ætatem, vel abſque licentia, vel per ſaltum? Ex p. 3. t. 2. r. 85. p. 206

298. An Superiores Regularium poſſint abſolvere ſubditos ab excommunicatione incurſa ob Symoniam contractam in ordine, vel beneficio? Nec enim poſſint cum illis diſpenſare in ſuſpenſione, qua incurritur ratione ſymoniæ in ordine ſuſcepto, imo nec diſpenſare poſſint in irregularitate ob talem ſymoniam contractam etiam ſi Symoniacus ſit occultus? Et an ſit probabiliter Symoniacum occultum non incurrere irregularitatem? Et an privati Regulares poſſint hodie abſolvere Clericum Symoniacum in ordine, vel beneficio ad ſe venientem pro confeſſione Sacramentali audienda? Et an id poſſint confeſſores Societatis J. E. S. V. per privilegium conſeſſum à Paulo III. per quod Papa conceſſit illis Patribus, ( ac proinde cum illis communicantibus, ) ut penitentes ad ſe venientes poſſint abſolvere ab omnibus cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, exceptis contentis in Bulla cœna? Ex p. 10. t. 15. & Miſc. 5. r. 8. ibid.

299. An Prælati Regulares poſſint abſolvere ſuos ſubditos à caſibus Bullæ in Cœna Domini? Ex p. 3. t. 2. r. 72. p. 207

300. An Regulares poſſint diſpenſare cum ſecularibus ſuper irregularitatem ortam ex delicto; v. g. ſi Sacerdos excommunicatus celebraveſſet, vel ſuſpenſus Sacros ordines ſuſcepſiſſet? Idem dicendum eſt de quibuſcumque Sacerdotibus electis ab ipſis penitentibus virtute ſubſequeſſe Bullæ Cruciatæ. Et notatur, quod abſolutio, ſeu diſpenſatio ſuper

his irregularitatibus dari poteſt extra confeſſionem quamvis in Bullis, ſeu privilegiis dicatur, quod penitens abſolvatur, audita prius diligenter confeſſione. Ex p. 9. t. 8. & Miſc. 3. r. 50. ibid.

301. An Regulares poſſint diſpenſare cum ſecularibus Clericis in omnibus irregularitatibus ab ipſis contractis, quibus poteſt Epifcopus diſpenſare? Et pro præſenti hæc quaſtionis octo diverſi caſus curſim in textu huius Reſolutionis adducuntur? Ex p. 11. t. 4. & Miſc. 4. r. 3. p. 209

302. An Regularis interrogatus à Viſitatoribus de obſervantia Regulari tenetur ſub mortali reſpondere? Et deducitur, quod Prælati in viſitationibus tenentur ſub mortali culpa interrogare de obſervantia ceremoniarum, & conſtitutionum. Et an mendacium in iudicio tam exteriori, quam in foro conſcientiæ ſit peccatum mortale, etiam circa illa, ad que reus non tenetur. Ex p. 10. t. 15. & Miſc. 5. r. 31. pag. 210

303. An Conſuetudo contra Regulam, & conſtitutiones Religionis excuſet ab eorum obſervantia? Et aſſeritur, quod non ſolum conſuetudo 40. ſed etiam 10. annorum ſufficit ad abrogandam legem non ſolum Civilem, ſed etiam Canonice. Et cur ſim docetur, non obſtante quod multum tempus Regula fuerit relaxata, poſſint poſtea Superiores illam reducere ad priſtinum ſtatum. Ex p. 10. t. 15. & Miſc. 5. r. 6. p. 211

304. An ex vi Regulæ ſit prohibitus ſub peccato mortali Fratribus Minoribus in biga, vel quadriga ambulare? Et an ex vi prædictæ Regulæ ſit prohibitum Minoribus ſuper numerum tamen hominum, ( ut apud Indes, ) vel lectica, aut ferculo ab hominibus geſtari, ut ſepiſſime ſit in Nicæſi? Et an ſit culpa mortalis, ſi aliquis ex Fratribus Minoribus ire in curru à bobus tracto? Et notatur, quod non eſt laudabile ex Fratribus Minoribus eligere Prælatum, qui actualiter, & ante officium equitatu indigeat: atamen ſi in medio Prælatura equitare indigeat, non tenetur ex vi Regulæ dimittere officium, ne quo niti cogatur. Ex quo inferitur non teneri ad icinivandam, qui ſuſceptus eſt voluntario: imo damnabili exercitio, vel ſuſcipere icinivare non poſſit. Et an vero Fratres Minores equitando peccent tantum venialiter ratione parvitatæ materiæ? Et an ſi aliquis ex Fratribus Minoribus hodie v. g. equitet, vel quadriget medium milliare, & poſt paucos dies aliud medium milliare, & c. an iſta parva materia poſtea inter ſe unantur, ita ut conſtituant quantitatem notabilem ad incurrendum peccatum mortale, & ſocius poſtea cum magno intervallo temporis equitent multoties medium milliare? Et adducitur, quod ubi eſt eadem ratio, ubi debet eſſe eadem juris diſpoſitio, & quod ubi eſt eadem ratio, dicitur ad eſſe eadem lex non extenſive, ſed comprehensive. Ex part. 10. t. 11. & Miſc. 1. ſeſſ. 27. pag. 212

305. An Decretum Cardinalium editum contra Religioſos accedentes ad loquendum cum Monialibus obliget ad peccatum mortale? Ex p. 1. t. 10. r. 22. p. 213

306. An Regulares accedentes ad Monaſteria Mortalium contra formam Decreti Sacre Congregationis editi Novebris Maii 1590. ultra pœnas impoſitas peccent etiam mortaliter? Et notatur, quod non incurritur peccatum, neque pœna propter aliqua verba cauſa urbanitatis dicta, neque ſi quis Religioſus declaret aliquem caſum conſcientiæ Mortali alicui; neque ille, qui per interpoſitam perſonam loquitur cum Moniali. Ex part. 3. tract. 2. t. 104. pag. 214

307. An Regulares colloquentes cum Monialibus abſque licentia peccent mortaliter? Et cur ſim docetur, quod conſeſſante ſine legi in aliquo caſu particulari eſt lex pro illo tunc, & pro illo caſu. Ex p. 10. t. 13. & Miſc. 3. t. 26. ibidem.

308. An Regulares colloquendo cum Monialibus abſque licentia peccent mortaliter? Et in conſequentia hæc quaſtionis alie curioſa adducuntur, ſed jam emeſſe alibi late appoſita ſunt in tomis, tractatibus, & Reſolutionibus.



## & Resolutionum.

- Resolutionibus earum annotationum in hoc novo ordine, & dispositione. Et tandem queritur, an quando Regulares loquerentur cum auctoritatibus, vel aliis Monialibus ex officio interessentibus ad colloquium faciendum de licentia Superioris cum una Moniali determinata peccet mortaliter? Ex part. 10. t. 14. & Misc. 4. resol. 54. alias 52. ibidem.
309. An Episcopus, stante Decreto Urbani VIII. possit negare licentiam Regularibus colloquendi per quatuor vices in anno cum Monialibus in primo, & secundo gradu sibi conpunctis? Et quid est agendum, quando Religiosus necessitatem habet alloquendi Monialem, puta, quia contractum habet celebrare, vel quid simile, & non visere precise consanguineam ex urbanitate, an toties quoties opus fuerit, possit licentiam ab ordinario, & licet non sit conjugui-nemus? Et an Religiosus, si loquatur, v.g. cum sorore Moniali alio die à prescripto in literis licentia an inquam, peccet mortaliter? Et an Novitio Equitii S. Joannis, vel alterius Religionis possit Episcopus concedere licentiam, ut possit loqui cum Monialibus ultra casus predictos adinstar secularium? Ex p. 10. t. 14. & Misc. 4. r. 52. alias 50. pag. 216
310. An licentia virtute Decreti Urbani VIII. concessa alicui Religioso colloquendi cum Monialibus extendatur etiam ad socium? Et quid est agendum, si contingat Religiosum habentem licentiam accedenti ad colloquendum cum Monialibus, non posse accedere die statuta, an sit probabile ex vi dicte licentia posse accedere alia die, si parum tempus intercedat? Et notatur, quod si aliquis Regularis vult colloqui cum Moniali subiecta Regularibus propter licentiam Episcopi, opus sit, ut ad sit etiam licentia Superioris Regularis illius Monasterii. Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. resol. 33. ibidem.
311. In licentiis, que conceduntur Regularibus, ut possint colloqui cum Monialibus, apponitur quadam conditione, queritur, an earum adimpletio obliget sub mortali? Et an Regularis possit loqui cum Matre, vel filia Moniali sine licentia? Ex p. 8. t. 7. & Misc. 1. 60. pag. 217.
312. An Regularis, obtenta licentia ab Episcopo colloquendi cum aliqua Moniali, possit hoc facere sine assistentia Monialium auctoritatum, ( ut asserunt, ) vel absque ea, quod assistat, vel inter sit ipsarum Confessarius? Et an ordinarius vigore Decreti Urbani VIII. tenetur dare licentiam Regularibus, ut possint adire Moniales consanguineas? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. resol. 34. pag. 218.
313. An in die Mercurii Quatuor temporum possit Episcopus vigore Decreti Urbani VIII. præbere licentiam Regularibus ad colloquendum cum Monialibus? Et notatur, quod per prohibitionem factam ne Regulares absque expressa licentia accedant ad Monasteria quaruncunque Monialium, non tollitur, quin sine licentia predicta possit Religiosus accedere ad dicta Monasteria causa transeundi cum aliqua femina seculari ibi degente, & quidem etiam de negotio prophano. Ex part. 9. t. 7. & Misc. 2. r. 35. ibidem.
314. An Regulares accedentes ad Monasteria Monialium absque Episcopi licentia incidant in Excommunicationem, quam Episcopus proponit contra tales? Et an tali casu scilicet scandalo, non peccent mortaliter? Ex part. 3. t. 2. r. 103. p. 219
315. An Regulares accedentes, & colloquentes cum Monialibus exemptis incidant in censuram latam ab Episcopo? Et quid, si accedant ad colloquendum cum non exemptis, sed subiectis dictionis ordinario Episcopi? Idem est dicendum in utroque casu de peregrinis, quod non incurruunt in censuram latam ab Episcopo contra colloquentes, vel accedentes ad Monasteria Monialium sibi subiectarum, secus vero si excommunicationem pronunciet contra accedentes, & colloquentes cum Monialibus exemptis, quia in ista incur-
- runt etiam peregrini. Ex p. 10. t. 14. & Misc. 4. r. 55. alias 53. ibid.
316. An Episcopi possint visitare in ordine ad clausuram Monasteria Monialium Regularibus subiecta? Ex p. 11. t. 2. & Misc. 2. r. 15. p. 220
317. An Episcopus possit reservare casus circa clausuram in ordine ad Moniales exemptas? Et an in dicto casu contraversionis sint absolvenda ab ordinario, vel à Prelato Regulari? Et an Moniales ordinario subiecte subiaceant casibus & censuris, quas ipse ordinarius reservat pro sua Diocesi etiam si de his Monialibus non fiat expressa mentio in Edicto reservationis? Et an possit Prelatus Regularis pro Monialibus sibi subditis reservare casus, & censuras, neque est opus, ut Prelatus id faciat cum Capitulo, cum Moniales Capitulum non habeant? Ex part. 10. t. 13. & Misc. 3. r. 52. p. 221
318. An Regularis explanans aliquem casum conscientie Moniali incidat in penas Decreti Sacre Congregationis contra colloquentes cum Monialibus? Et an idem dicendum sit, si Regularis accedat ad componendam aliquam seditionem exortam inter Moniales, vel ad consolendam Monialem gravissima tristitia affectam, vel ad consulendum in gravi concernente bonum Monasterii, aut aliquod pietatis opus, vel titulo urbanitatis, & ad alios similes casus? Ex p. 9. t. 7. & Misc. 1. r. 55. alias 54. ibidem.
319. An Moniales admittentes aliquem intra septa Monasterii, & prætextu licentiarum incurvant excommunicationem? Et an pena imposta in Bulla Greg. XIII. imponatur tantum Abbatibus, & Abbatibus Conventualibus, & non Monialibus? Ex part. 2. t. 16. & Misc. 2. r. 31. alias 33. p. 222
320. An Moniales admittentes aliquem intra septa Monasterii, etiam ad malum finem incurvant aliquam excommunicationem, videlicet Concilii Tridentini sess. 25. cap. 5. de Regulari? Et an scribens literas Moniali, & mittens incidat in censuram adversus colloquentes cum Monialibus? Ex part. 2. t. 16. & Misc. 2. r. 32. alias 34. ibidem.
321. An persone Illustres, que obtinent licentiam à Papâ ingrediendi Monialium Monasteria aliquibus vicibus cum ecclesiâ Mauronis, possint illas postea variare, si fuerint semel designatæ? Et an qui habet licentiam ingrediendi aliqua Monasteria, ( modo quo supra, ) possit differre ingressum ad diem illam in qua forte Moniales illius Monasterii habiturae sunt spirituales representationem in Refectorio, aut alio loco publico? Et aliqua alia adducantur, que contingere possunt in rescripto Pontificis, & supplicatione Oratricis circa predictas licentias, & praxim in illis. Ex p. 10. t. 14. & Misc. 4. r. 31. alias 293. ibidem.
322. An Episcopus possit dare licentiam, ut nupta intret in Monasterium ob periculum vite? Imò in dicto casu nupta intrans, an incidat in excommunicationem in Concilio impostam? Et quid de vidua bone fame, que cupit honestatis gratia intrare Monasterium manere? Ex p. 3. t. 2. r. 150. p. 224
323. An licentia Episcopi sit necessaria pro ingressu Religiosis quando uxor ex consensu viri vult in ea proficere? Et an saltem pro licito ingressu necessaria sit licentia Episcopi? Ex p. 10. t. 12. & Misc. 2. r. 57. alias 56. ibidem.
324. An puella destinata ad Religionem possit recipi in Monasterio Monialium ante annos discretionis? Ex p. 3. t. 2. r. 131. p. 225
325. An puella volens assumere habitum Monialium debeat esse major duodecim annorum? Et an duplex examen, vel unum tantum, quando professura est præmittatur? Et an hoc examen ab Episcopo necessario faciendum sit etiam in puellis ingredientibus in Monasteria exempta, & dicto Episcopo non subiecta? Et an sit peccatum mortale istud præmittere, in quo incurruunt non solum



# Index Tractatum,

- ipsa puella, sed etiam Abbatisa, vel Prælatus professionem amittens? Ex p. 3. tr. 2. relol. 47. ibidem.
326. An Decretum Concilii Tridentini sess. 25. cap. 16. de Regular. prohibens recipi aliquid ultra victum, & vestitum Novitiae comprehendat mutuum, aut accommodatum? Et notatur, quod si puella Monasterium ingressa animo Monachandi, sed paupertate oppressa dotem promissam solvere non poterit, non sit compellenda, eo quia dotem in conditionem necessariam ponere non debemus propter symoniam. Et inferitur, quod Monasterium excessivam dotem pro ingressu Novitiae recipiens, excessum ultra sufficientem sustentationem tenetur restituere. Ex p. 3. tr. 2. r. 100. ibid.
327. An Abbatisa licite possit pacisci de certa summa pecunia, donec Monasterio dos Monialis solvatur, etiam si Monasterium sit opulentum. Ex p. 3. tract. 2. ref. 97. p. 226
328. An Monialis possit eligi in Abbatisam, si tantum annum 40. attingat? Et an contra Decretum super hoc Concilii Tridentini sess. 25. c. 7. de Regular. possit Episcopus, aut Nuntius dispensare? Et educitur, an quoad Dignitates, & Personatus sine Cura requiratur, ut quis 22. annis completis non sit minor, vel sufficiat, ut sint incepti ex Concilio Tridentino? Et cursum docetur Prælatum alicujus Conventus debere esse viginti quinque annorum. Et an Monialis non possit eligi in Abbatisam, nisi octo annis post professionem laudabiliter vixerit? Ex part. 7. tract. 1. 2. & Misc. 3. ref. 9. aliàs 7. ibid.
329. An Monialis illegitima possit esse absque dispensatione Abbatisa? Et an possit Prælatus dictarum Monialium in supra dicta illegimitate dispensare? Ex p. 3. tr. 2. ref. 101. p. 227
330. An Monialis vidua possit eligi in Abbatisam absque Sedis Apostolica dispensatione? Et an qua Virgines non sint, excludantur ab Abbatisa, seu Priorissa officio? Et an non possint Moniales quacumque occasione transferri de Monasterio in Monasterium sine licentia Sedis Apostolica, neque ratione Prioratus, vel alterius officii? Ex p. 3. tr. 2. ref. 99. ibid.
331. Duo casus saepe in praxi occurrentes deciduntur. Primo, an Abbatisa post expletum trionium possit Monasterium gubernare? Secundo, an qui fornicatus est, &c. qui casus non pertinet ad hunc tractatum, ideo appositus est cum suo textu in suo proprio tractatu, &c. Ex p. 7. tr. 1. 2. & Misc. 3. ref. 19. aliàs 17. ibid.
332. An Abbatisa possit precipere Monialibus aliquid sub poena excommunicationis? Et an supradicta Abbatisa possit saltem precipere aliquid Monialibus sub precepto obedientiae? Et explanatur mulieres non esse jure divino incapaces potestate ordinis, & iurisdictionis; ita ut etiam ex commissione Pontificis excommunicare, & censuras ferre non valeant. Ex p. 5. tr. 9. ref. 16. p. 228
333. An Monialis possit transire de uno Monasterio ad aliud causa foundationis, reformationis, &c. sine licentia Papae? Ex p. 3. tr. 2. ref. 127. ibid.
334. An Superiores Regulares possint absque interventu Episcopi dare licentiam suis Monialibus exundi à Monasterio ex iusta causa? Ex p. 1. tr. 2. & Misc. 2. ref. 24. p. 229
335. An decretum Pii V. quod incipit, Decori, & honestati editum anno 1569. in quo conceditur Monialibus propter morbum lepra, & epidemia exire de Monasterio, an inquam, hoc Decretum extendendum sit ad aliam infirmitatem, non tantum aliis, sed soli Moniali nocivam, cui exundo à Monasterio remedium adhiberetur, si alias periculum vite, aut gravis, & diurna infirmitatis probabiliter timeatur? Ex p. 1. tr. 1. 5. & Misc. 1. r. 23. ibid.
336. An iuste poterit concedi Moniali licentia exundi à Claustro causa medendi morbo ita periculoso, ut eius salus desperaretur, ea non egressa. Ex part. 3. tract. 2. ref. 105. p. 230.
337. An si aegritudo Monialis sit talis gravitatis, ut iudicio Medicorum credatur mortura, si non exeat, possit non à Monasterio exire? Ex p. 5. tr. 3. ref. 137. ibid.
338. An Monialis, quae se ponit in rota, & facit eam volvere in partem externam, ad quam seculares accedunt, frangat clausuram, & incidat in panas, etiam si non egrediatur è rota? Idem dicendum est, si Monialis staret in solo ostio partim intra, & partim extra clausuram. Sed difficultas est an ratione parvitas materia possit Monialis excusari à poenis, & à peccato mortali, si utroque pede toto corpore egrediatur, etiam si ad iuvum, vel duas palmas tantum iannam sit egressa? Quod idem quatur de secularibus etiam Monialium Monasteria ingredientibus. Ex p. 3. tr. 2. ref. 52. p. 231
339. An in ingressu, vel egressu clausura Monialium deest parvitas materia? Idem est de feminis ingredientibus claustra Religiosorum. Ex p. 5. tr. 1. r. 22. ibid.
340. Alicubi visa est Monialis super regulas Monasterii, quae serunt à me per literas, an frangeret clausuram? Ex p. 5. tr. 1. 3. & Misc. 1. ref. 88. ibid.
341. An Monialis, quae in marem erumpit, sit obliganda, ut intret in Religionem virorum? Et postquam è Monasterio fuerit eiecia, an poterit sine ulla scrupulo matrimonium intrare, vel si velit Sacros ordines suscipere? Ex p. 5. tr. 1. 4. & Misc. 2. ref. 49. p. 232
342. An Moniales uti possint privilegia concessis viris Religiosis sui Ordinis? Et quid, si non subsunt dictis Religiosis? Et an Moniales gaudeant etiam privilegiis illius Religionis, sub cuius gubernatione & iure vivunt, etiam si sint diversiorum, ut Moniales Sapientia Neapoli, quae sunt sub cura Theatinorum, & tamen sunt Ordinis Sancti Dominici; an ista privilegia Theatinorum fruuntur? Et an, & quomodo Moniales subiecta immediate ordinario sui possint privilegia, ad quorum usum ex tunc concessiones requirunt ministerium Prælati Regularis, cui alias debent esse subditi, cuiusmodi, v.g. est privilegium dispensandi, absolventi, &c. Ex p. 10. tr. 1. 3. & Misc. 3. ref. 24. ibid.
343. An liceat Generalibus Religionum excipere confessiones Monialium sibi subiectarum absque Episcopi licentia? Et quid de confessionibus secularium? Idem est de inferioribus Prælatis Regularibus? Et an saltem, vigore Bullae Cruciatæ, vel Iubilæi possint Generales, & alii Prælati Regularium absque approbatione Episcopi excipere confessiones secularium? Et an quando in Iubilæo dicitur, quod confessarii debent esse approbati à locorum ordinariis, non possint Religiosi confiteri cum approbati à Prælo Regulari, ut lucentur Iubilæum? Ex p. 10. tr. 1. 4. & Misc. 4. ref. 8. aliàs 6. p. 233
344. An Prælati Regulares Monialium possint audire earum confessiones absque prævia approbatione Episcopi? Et quid, si prædicti Prælati habeant generalem approbationem pro Diocesi ab ordinario? Et an Prælatus Regularis Moniali sibi subiecta immediate possit independenter ab ordinario assignare Patrem spirituales sine eisdem, sive alterius ordinis Religiosum, vel etiam Sacerdotem secularem, cui illa extra Sacramentum Pœnitentiæ manifestet suam conscientiam, ad effectum, ut ab eo in via Dei dirigatur sine periculo errandi? Et cursum inferunt Declarationes Cardinalium approbatas à Pontifice habere vim legis. Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. r. 48. aliàs 49. p. 234
345. An confessarius Monialium Regularibus subiectarum sit ab Episcopo approbandus? Et an Prælatus Regularis absque ordinarii approbatione audire non possit confessiones Monialium sibi respectivo subiectarum? Et notatur ad audiendas confessiones Monialium modo non sufficere, quod Sacerdos sive Regularis, sive secularis sit generaliter approbatus ab Episcopo ad confessiones secularium personarum audiendas, sed egere, quoad hoc specialiter approbatione? Et Congregatio Cardinalium dicitur vix Regularem approbarum ab Episcopo ad audiendas confessiones



# & Resolutionum.

343. *Confessiones Monialium unius Monasterii, nequaquam censere approbatum ad audiendas confessiones Monialium alterius Monasterii. Etiamque notatur Episcopos posse assignare confessionem Monialibus, que subijciuntur Regularibus, si nulla ratione induci possint, ut consistantur de peccatis apud suas Regulares. Ex p. 9. tract. 8. & 3. Misc. 3. rel. 51. p. 235*
346. *An Regulares possint independentem ab Episcopis excipere confessiones Monialium ipsi Regularibus subiectarum? Et quid super hoc de ipsis Prelatis Regularibus? Ex p. 11. tit. 2. & Misc. 2. rel. 28. ibid.*
347. *An Confessarius Regularis Monasterii Monialium, ut ingrediatur in casibus necessariis intra septem, egeat non solum licentia sui Prelati, sed etiam Episcopi? Et notatur, quod Declaratio secunda Sacre Congregationis contenta in textu hujus Resolutionis non comprehendit Superiores Regulares, quia isti in casibus necessariis auctoritate propria, & officio sine ulla Episcoporum licentia possunt ingredi septem Monialium, sed tantum loquitur de confessariis, seu aliis ministris. Ex p. 10. tit. 16. & Misc. 6. rel. 43. alias 42. p. 236*
348. *An Episcopi, vel Monialium Superiores possint alteri tertium vicem concedere Monialibus subditis Confessarium extraordinarium? Et an Superiores Regularium non possint suis Monialibus deputare confessarios ordinarios, nisi prius sint ab Episcopo approbati? Sed difficultas est, an tempore Iubilæi Moniales possint sine licentia Episcopi, vel Superioris Regularis confiteri cum quocumque Sacerdote approbato? Et an Episcopus possit dare confessorem Monialibus subiectis Regularibus, que nulla ratione induci possunt, ut suis Regularibus peccata confiteantur? Et aliqua declarationes Congregationis Concilii adducuntur pro aliis diversis casibus, & confessariis Monialium. Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. r. 28. p. 237*
349. *Quidam Monialis infirma obtinuit licentiam consistendi cum quodam confessario Regulari, dubitatum fuit, an potuisset ingredi cum Socio; & si finita confessione an statim debeat egredi? difficultas vero est, quantum mora dicatur brevis, ut quis in tali casu intra Monasterium innotando non dicatur peccare contra clausuram? Ex p. 3. tit. 2. r. 1. p. 238*
350. *An Moniales Turris speculatorum Romæ existentium sint Religiosæ, & eorum vota sint solemnia? Et an dicte Moniales, si contraherent matrimonium, quamvis peccarent, valide tamen contraherent? Et inseritur, quod si recedant à Monasterio, non sunt Apostata, & his non obstantibus gaudent privilegio canonis, & fori, & exemptione gabellarum. Ex part. 8. tractat. 7. & Misc. i. 88. p. 239*
351. *An Sorores Tertiariæ possint à Sacerdotibus suarum Religionum in articulo mortis sumere Viaticum, & Extremam Unctionem? Vbi multa de Tertiariis, vulgo dictis Bizochæ, proponuntur in textu huius Resolutionis, pro illarum sepultura, & casibus ab Episcopo reservatis, & etiam pro reservatis à Prelatis Regularibus, an comprehendant illas, & pro privilegio fori, & canonis. Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3. rel. 30. ibid.*
352. *An legatum factum pro Monachatu possit dari mulieribus vulgo dictis Bizochæ, que calibem vitam in propria domo sub voto emiserunt? Ex p. 3. tract. addit. rel. 28. p. 240*

*An Religiosi Mendicantes possint esse Parrini in Sacramento Baptismi, & Confirmationis? Et quid de Episcopis & Cardinalibus Religiosis, Canonicis Regularibus, & Sacerdotibus? Ex part. 3. t. 4. ex r. 21. & in p. 9. r. 6. ex r. 31. alias 32. Quæ hic reperitur in tom. 1. r. 2. de Confirmatione r. 21. & 23.*

*An Summus Pontifex potuerit, & de facto concesserit facultatem Regularibus, ut possint excipere alienas confessiones sine licentia Parochi in ordine ad preceptum annuæ confessionis? Et quid de Sacramento Eucharistiæ, an possint Regulares eam absque licentia proprii Pastoris toto anno ministrare, excepto Paschate Resurrectionis? Et an Prelati Religiosorum possint reservare peccata venialia? Et an Superior possit sibi reservare excommunicationem minorem? Et an supradicti Prelati possint sibi reservare peccata mortalia interna? Et an super habenda proprietate possit Pontifex dispensare cum Religioso, vel uxorem ducere? Et an Abbas sine suis Monialibus benedicere, Evangelium legere, aut predicare possint? Et adducitur quadam Bulla, in qua conceditur quibusdam Abbatibus Ordinis Cisterciensis, ut possint conferre Ordinem Subdiaconatus & Diaconatus Religiosis ejusdem Ordinis. Et queritur, an hodie dicta Bulla revocata sit per Concilium Tridentinum? Et docetur, quod non potest Episcopus dispensare in aliquo eventu in professione solemnium Religiosorum. Ex part. 8. tract. 11. ex rel. 88. 52. 53. 73. 39. 34. 35. & 64. Quæ hic sunt in tom. 3. t. 11. de potestate Pontificis r. 40. 51. 32. 78. 75. 69. 70. & 98.*

*An revocatio sine causa infra Religiosis non audiendi amplius confessiones sit valida? Et an ab eodem Episcopo possint Regulares ad examen vocari, sed non reprobari? Et an Episcopus possit prohibere Superioribus Regularibus, ne Sacerdotes Regulares alibi approbati ad audiendas confessiones in sua Diocesi exponant? Et an eo ipso jure censetur concessa licentia, quando professus transit in strictiorem Religionem, petita à Prelato licentia, & non obtenta, sed ille injuste negat? Et an Superior possit justè punire subditum inobedientem ductum ad id probabili opinionem? Ex p. 5. t. 14. ex r. 21. & in p. 3. t. 4. ex r. 109. alias 110. & 79. Quæ nunc inveniuntur in tom. 1. r. 3. de Penitentia r. 6. 12. & 39.*

*An Regularis, qui per pium confessarium non potuit obtinere licentiam à Superiore, ut absolvetur a reservatis, possit sine prævia confessione Eucharistiam sumere, etiam si talis Religiosus nullum incurrat infamiam periculum, nullamque habeat necessitatem celebrandi? Et an in prædicto casu Religiosus, qui petit, & non obtinuit licentiam à Superiore, potestne confiteri, & absolvi indirecte à prædicto pio confessario, vel ab alio inferiori pro illa vice ex tacita concessione Papa? Et quomodo est intelligenda illa particula pro illa vice, an intelligatur toties, quoties dicta facultas petitur à confessario, & negatur à Superiore? Ex part. 9. tract. 3. ex rel. 115. Quæ hic reperitur in tom. 1. tract. 3. de Penitentia rel. 160.*

*Quidam Sacerdos noluit impendere absolutionem cuidam Religioso per totam vitam ad trivrem condemnato, qui habebat voluntatem quamprimum fugiendi, tunc statim solutionem hujus casus emise à me petierunt. Ex p. 2. t. 17. ex rel. 39. Quæ hic est in tom. 1. r. 4. de Absolutione sacramentali r. 35.*

*An in articulo mortis non teneatur confessarius adire, si possit Superiorem pro facultate super reservatis, etiam si sint simul in eadem domo Prelatus, & subditus? Et an si Visitatores Provincialium Religionum in visitationibus referrent sibi aliqua peccata sive cum excommunicatione, sive sine illa, expirat reservatio, mortuo Visitatore? Et an Vicarius, vel Superior, si habeat potestatem subdelegatam à Prelato sui Monasterii, possit absolvi ab alio sine licentia Prelati, si ille incidit in censuram reservatam, vel casum reservatum? Et an alumni,*

## Appendix ad cæteras alias quæstiones simul pertinentes ad hunc tr. 1. de Regularibus hujus tom. 7. pag. 241.

**A**n Monachi peccent mortaliter extra casum necessitatis aliquem baptizando? Ex p. 5. tract. 13. ex r. 8. Quæ nunc inveniuntur in tom. 1. tr. 1. de Baptismo r. 48. ibid.



# Index Tractatum,

qui vivunt in Collegiis Societatis I E S V, vel aliorum exemptorum subiantur casibus Episcopalis? Et an ex praxi Religio omnium ignorantia reservationum tribuat facultatem absolventi, qui reservationem ignoravit? Et an reservatio casuum includat peccata preterita? Et quid si super his censura imponatur? Et an Religiosus, qui absque facultate absolventi ab aliquo casu reservato in Religione non incidat in penas Decreti Clem. VIII. iuxta aliud Decretum eiusdem Clem. VIII. Et an confessorius Regularium possit absolvere poenitentem alterius Episcopatus a casibus reservatis, modo id non faciat in fraudem ordinari? Et Illustrissimus Cardinalis Archiepiscopus reservavit in hac Diocesi Pa. Ormitana multos casus. Sed multis Regularium Superioribus dedit potestatem ab illis absolventi. Interrogatus sapius sui a nostratis, & exteris, an dicti Superiores Regularium possint istam auctoritatem concedere alicui particulari? Et an privilegia a Pontifice concessa, ut absolvantur a casibus reservatis Episcopo, intelligantur independenter ab Episcopo? Et avertitur violentam Statutum, vel sententiam Episcopi in locum exemptorum non intoretur. censuram ab Episcopo statutam. Idem est de reservatis ab Episcopo, si committantur in Monasterio Regularium. Et queritur an puellae naves in educatione apud Moniales exemptas non subiacent casibus reservatis ab Episcopo, nec illius iurisdictioni? Ex p. 5. tr. 3. r. 61. & in p. 6. tr. 6. ex rel. 41. & in p. 3. tr. 4. ex rel. 141. alias 142. & in p. 7. tr. 12. ex r. 14. & in p. 6. tr. 6. ex r. 42. & in p. 5. tr. 4. ex rel. 73. & 102. alias 03. & in p. 8. tr. 7. ex r. 70. & in p. 2. tr. 17. ex r. 53. & in p. 10. tr. 12. ex rel. 18. & in tr. 14. ex rel. 9. alias 7. *Quae nunc inveniuntur in tom. 1. tr. 5. de Reservatis. r. 11. 69. 67. 54. 38. 23. 48. 44. 66. 22. & 51.*

An excepta Praeterea Religio sine privatione susceptione Eucharistiae suis subditis causam illi morti sciandam? Et an communionem, quae consuetudine praesumpta sunt fieri, possit Praeterea imperare, quae vero praesumpta non sunt, non possit iurare, quia ad id, quod est super Regulam non potest obligare? Ex p. 3. tr. 4. ex rel. 114. alias 115. *Quae hic reperitur in tom. 1. tr. 6. de Satisfactione sacramentali. r. 13.*

An Religiosus, qui in ludo taxillorum, & alearum, fraudavit aliquem in notabili quantitate satisfaciatur in confessione, dicendo se proximum in quantitate notabili fraudasse, vel an vero teneatur circumstantiam instrumenti, & modum aperire, asserendo illam fraudem fecisse in ludo taxillorum, & alearum? Et a Religiosi, si frequenter ludant, secluso scandalo, non peccat mortaliter? Et an Praeterea precipiens aliquid sub praeterepto obedientiae, si subditus non obediatur, peccet dupliciter, & teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire? Et an si Praeterea emittat correctionem subditi, satisfaciatur dicendo in confessione, omisi correctionem proximi? Et an Generalis alicuius Religio, si peccat mortaliter, teneatur explicare hanc circumstantiam? Et quid, si fornicatio ab Generali admissa, ita publica esset, ut scandalum pareret? Et an Religiosus professus satisfaciatur in confessione, si dicat, se violasse votum castitatis, non manifestando votum solenne, quod habet? Et quid est dicendum si ante professionem votum simplex castitatis in seculo, vel in Novitatu emisit? Et an Religiosus, qui emittit votum de non committenda moluitate, vel fornicatione, teneatur explicare hanc circumstantiam voti emitti post professionem? Et an quando Religiosus vel Monialis se polluit tangendo aliquem, teneatur hanc circumstantiam explicare? Et quid si aliquem polluant cum tangendo? Et an Sacerdos Religiosus, quando se accusat in confessione de aliquo peccato carnis, teneatur dicere se esse Religiosum Sacerdotem, vel sufficit dicere tantum se esse Religiosum, vel Sacerdotem, aut sacris Ordinibus initiatum? Et an Novitius, vel Novitia Religiosa habens remota cura muliere, vel homine teneatur hanc circumstantiam Novitatus aperire? Et an si quis natus est in Ecclesia, cellis, Bibliothecis, cubiculis, Dormitoriis, Campanulis, & Cameris Regularium, teneatur hanc cir-

constantiam in confessione aperire? Ex p. 1. tr. 7. ex r. 21. 16. 57. 64. 9. 53. 3. & 7. in p. 9. t. 9. ex r. 66. alias 67. & in p. 3. tr. 4. r. 165. alias 166. *Quae hic reperitur in tom. 1. tr. 7. de circumstantiis. r. 15. 170. 71. 72. 73. 75. 76. 78. 79. 77. & 84.*

An sit contra Sigillum confessionis si Superior alicuius domus dicat Patri Generali, vel Provinciali in ea domo saepe posulari potestate absolventi a reservatis? Et multa alia circa hoc advertuntur. Et an Magistri Novitiorum, & confessorius Monialium, possit in exercitiis Spiritualibus in genere damnare peccata, quae audiuit in confessione? Et an Superior, vel quivis alius possit negare suffragium illi, cuius defectum scit solum per confessionem, quoad suffragium secreto? Et an qui dixit se in tali Monasterio audisse peccatum grave, frangat Sigillum? Et an quando publica Meretrix est confessio Monialis Religiosa, possit Pastor petere testimonium a tali confessorio? Et an confessorius non teneatur manifestare Praeterea, quid confitetur Petro in Ordine ad confessionem, etiam si per excommunicationem hoc praecipiat? Et an Superior, qui invenit chandalum alicuius in quaerens scripta peccata, possit contra eum per illam procedere, & punire? Et docetur, quod Clem. VIII. anno 1592. edidit Decretum, in quo praecipit Superioribus Regularium, ut diligentissime coventant, ne a nuntia, quam in confessione de aliorum peccatis habuerint, ad externam gubernationem utantur. Et queritur, an hoc Decretum non ad omnes confessorios, sed ad Superiores dirigatur tantum? Et an non obstante a hoc Decreto possit probabiliter suscipere licere Superiori ob peccatum confessum, & in confessione cognitum, privare subditi officium ad nutum a nobilibus? Et licere Superiori, & cuilibet negare suffragium poenitentis, quem per confessionem agnovit esse indignum ad officium, & Praeterea, & negare subditi licentiam exeundi foras, alloquendi extraneas, claudere fenestras, & alia huiusmodi facere. Ex p. 5. tr. 11. ex r. 45. & 36. & in p. 3. tr. 4. ex rel. 76. & in p. 5. tr. 1. ex r. 35. 12. 40. & 44. & in p. 3. tr. 4. ex r. 111. alias 112. & in p. 10. tr. 12. ex rel. 34. *Quae hic sunt in tom. 1. tr. 8. de Sigillo confessorio. r. 14. 20. 15. 12. 13. 29. 40. 42. & 9.*

An in casu, quo Elector Regularis sit cecus, cum nihilominus cum alio Electoribus admitti debeat ad eligendum? Et docetur, quid in dicto casu Elector facere debeat. Ex p. 9. tr. 9. ex rel. 30. *quae nunc inveniuntur in tom. 1. tr. 1. de celebratione Missarum. r. 137.*

Nota, quod in praedicto tom. 2. & tr. 1. de celebratione Missarum, sunt aliae quam plurimae difficultates, & quaestiones misce pro celebratione, reductione, intentione, applicatione, &c. Missarum Regularium, quas ibi reperies in sequentibus Resolutionibus hic assignandis, & non in alius praecitati tractatu videlicet in rel. 4. 5. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 33. 41. 54. 55. 76. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 100. 101. 102. 103. 104. 108. 109. 110. 144. 145. 182. 194. & 195.

An secularis satisfaciatur praeterepto communionis Paschalis, si sumat Eucharistiam in Ecclesia Regularium? Et quid de vagis, advenis, & peregrinis? Et quid circa hoc Sacra Congregatio Cardinalium declaravit? Et in recentibus Resolutionibus multa discutuntur circa alia privilegia Regularium. Et an Episcopus possit prohibere Regularibus, ne ministrent Sacramentum Eucharistiae in die Paschalis? Et an in articulo mortis, absente Parochio, si periculum est in mora, licitum sit Religiosus ministrare Viaticum, & Extremam Unionem, aut matrimonium solemnizare? Et quid in dicto casu de suis familiaribus? Et an tibi agrotantis, & ex devotione communicanti possit Regularis Eucharistiam ministrare, sed non possit per vicos, & plateas Eucharistiam solemniter deferre? Et quid, si Regularis sine licentia sui Praeterea alii Regulari Viaticum praeberet? Et notatur, qualibet hora diei, in qua Regularis Missam celebrare post meridiem, & ante auroram, posse ab eis sacra Eucharistiam recipi. Et an extirpata quoddam aliud privilegium Pii IV. ex quo aliqui existimantur



## & Resolutionum.

existaverit posse regulares ministrare secularibus Eucharistiam, ut impleant præceptum Communionis? Et notatur, quod Iesuite habent privilegia propria, quæ circa Confessionem, & prædicationem amplissima sunt, sed dicitur stylum Curie esse contrarium? Et an regulares possint sine incurfione conjurare Eucharistiam in die Paschatis ad implendum præceptum Equitibus Ierosolymitanis, D. Jacobi, Alcantara, Calarava, &c. Et cursum inferitur idem dicendum esse de sacramento Extremæ Vnctionis. Et supponitur non licere sub pena excommunicationis Papalis regularibus iure communi administrare Eucharistiam, & Extremam Vnctionem sine licentia Parochi. Possunt tamen ministrare Eucharistiam extraneis Religiosis, etiam tempore Paschatis ad implendum præceptum Communionis, quando absint à loco, ubi sunt ipsorum Prælati. Et notatur regulares sine incurfione censurarum posse in multis casibus præbere secularibus Eucharistiam pro adimplendo præcepto tempore Paschatis, & in textu huius resolutionis apponitur quinque casus pro præxi supra dicta quæstions. Et queritur, an Parocho deficiente, aut volente per se Eucharistiam ministrare, nec licentiam concedere, possint religiosi illam secularibus præbere ad implendum annua communionis præceptum? Et adverteatur posse regulares ministrare Eucharistiam tempore Paschatis suis familiaribus secularibus. Sed queritur, an hoc privilegium extendendum sit ad famulos conivagos dormientes noctu extra Monasterium? Et tandem videtur regulares posse hospitibus secularibus, si in eorum Monasterium infirmetur ad mortem, ministrare sacrum Viaticum, Extremam Vnctionem, & sepulturam in suis Ecclesiis absque licentia Parochi. & hoc ex pluribus Pontificum privilegiis Ex p. 6. tr. 7. ex r. 58. & in p. 2. tr. 14. ex r. 73. & in p. 5. tr. 3. ex r. 51. & 52. & in p. 9. tr. 9. ex r. 64. aliis 63. & 27. & in tr. 7. ex r. 43. & in p. 3. tr. 2. ex r. 12. & in p. 10. tr. 11. ex r. 31. *Quæ hic reperitur in tom. 2. tr. 2. de Communione ref. 20. 19. 6. 1. 6. 3. 6. 2. 2. 3. 4. 7. 2. 1. & 22*

An religiosi sacerdotes tati faciant præcepto Ecclesie de audienda Missa diebus festis, si Missam dixerint cum voluntaria distractione? Et an religiosus satisfaciat præcepto audiendi Missam, si illam audiat, dum simul excipit confessiones Novitiorum, vel aliorum? Ex p. 10. tr. 11. ex r. 6. & in tr. 14. ex r. 47. aliis 45. *Quæ hic sunt in tom. 2. tr. 3. de audienda Missa in die festo r. 4. & 13*

An si egrotus sit mortis proximus, & non invenitur Parochus, vel quia non vult licentiam concedere, possit simplex sacerdos etiam regularis sacramentum Extremæ Vnctionis ministrare? Et an se extra casum necessitatis extreme, absente Parocho, regularis infirmum ungat, extra peccatum mortale incurrat in excommunicationem? Et notatur ex privilegio posse conferri Extremam Vnctionem à regularibus familiaribus omnibus, hospitibus, iter agentibus, peregrinantibus, archidictis, aut cuiusvis artis, aut officii Officialibus, & iis, qui Ecclesie immunitate gaudent, & omnibus secularibus, quos in locis, prædiis, seu grangiis Monasterii reperiri contingit periculum mortis? Ex p. 5. tr. 3. ex r. 83. in p. 9. tr. 7. ex r. 56. *Quæ nunc invenitur in tom. 2. tr. 4. de Extrema Vnctione r. 29. & 13*

Nota, quod in tom. 2. tr. 5. de sacramento Ordinis, sunt multe, & diverse difficultates ferè omnes misse pro suscipiendis ordinibus à regularibus, & pro conferendo illis ab Abbatibus regularibus, & aliqua alie difficultates perennes tantum ad istum tract. de regularibus, quas omnes ibidem reperies in ref. 35. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 94. 104. & 113.

An sponsalia dissolvantur per solum ingressum religionis, vel sit expectanda professio? Et an sit licitum religionem ingredi post sponsalia, etiam iuramento firmata? Et an in supradicto casu dissolvantur sponsalia quoad utrumque? Et an, si viro semivivente, femina non semivivente, idque partibus confectis, possint religionem ingredi, & profiteri

& pars relicta in seculo aliud matrimonium inire? Et an si conjux infidelis velit permanere cum conjuge fidele sine injuria Creatoris, & scandalo, possit, hoc non obstante, conjux fidelis ingredi religionem? Et an deficientibus hominibus secularibus, teneantur religiosi contrahere matrimonium? Et an mulier quinquagenaria dicatur senex, ut vir possit profiteri religionem, remanente illa in seculo cum voto castitatis? Et an pertineat ad Episcopum despicere, virum uxorem extra continentiam periculum existat? Et an si uno conjuge ingrediente religionem, alter sit juvenis, & ingredi religionem compellitur, an sufficiat ingredi religionem S. Iohannis? Et an ingrediente uxore religionem, possit vir senex remanere in seculo cum voto castitatis perpetua, vel si creetur Episcopus? Ex p. 3. tr. 4. ex r. 207. aliis 208. & in p. 5. tr. 13. ex r. 54. & in p. 3. tr. 4. ex r. 251. & 288. aliis 252. & 289. & in p. 4. tr. 4. ex r. 73. *Quæ nunc invenitur in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio ref. 29. 114. 121. 115. & 222*

An matrimonium conversi cum infideli contractum ante Baptismum dissolvatur per solemnem professionem religionis? Et an sit valida professio, dum vir minatur uxori in adulterio reperta mortem, nisi religionem profiteatur, quando minatur mortem auctoritate iudicis infligendam, secus vero si minatur auctoritate proprii viri? Et an ut adultera profiteatur in religione, non sit necessarium, ut innocens etiam ad religionem transeat, vel votum castitatis emitat, sed possit manere in seculo absque ullo voto; neque ingrediente innocente in religionem adstringatur nocens ad illius ingressum? Et an post datam sententiam divortii possit conjux innocens ad religionem transire, in eaque, adultero inconsulto, imò invito, profiteri? Et an si conjux innocens sit Novitius tantum, possit reconciliari cum nocente adultero? Et an pro valore professionis quis potest sequi opinionem singularem contra communem? Et notatur, quod quando sponsa duodecim intrat bimestre intrat in religionem, debet sponsus expectare usque ad annum sextum decimum sponsa donec profiteatur, & si intrat religionem D. Francisci de Padua debet sponsus spectare usque ad annum octavum decimum. Et an qui cum ignorantia invocabili emitit professionem, non impleto anno Novitiatus, & post annum sextum decimum, hoc non obstante, professio sit irrita? Ex p. 9. tr. 7. ex r. 47. & in tr. 8. ex r. 27. & 61. aliis 60. & 39. & in p. 10. tr. 13. ex r. 19. & 51. §. ult. & in tr. 14. ex r. 24. aliis 22. *Quæ hic reperitur in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio ref. 125. 139. 226. 227. 135. 170. & 42*

An peccent regulares nolentes dispensationem votorum concedere poenitentibus virtute suorum privilegiorum? Et quid, si privilegium sit concessum in favorem poenitentis, ut est privilegium Bullæ Cruciatæ, & Iubiles? Et an potestas, quam habent ex privilegio superiores regularium ad dispensandum, & absolventium cum religiosis sit Ordinaria, & non delegata; & an possint hanc potestatem delegare? Et an Episcopus possit cum regularibus exemptionis dispensare, si ipsi cedant exemptioni? Et an hoc intelligatur casu, quo in Prælati superiore non esset potestas absolventi, vel dispensandi? Et an nomine Episcopi in presenti intelligatur tantum Episcopus, in quo religiosis ortus est, vel habet domicilium, aut saltem commoratur? Et an quando Pontifex dispensat, ut ante Novitiatus annum emittatur professio, quomodo faciendâ sit renuntiatio bonorum iuxta Concilium Tridentinum sess. 25. c. 6. de regul. Idem dicendum est, si non esset sexdecim annis, atque ita abbreviaretur tempus professionis iure præscriptum. Et an Pontifex possit dispensare in voto solemni paupertatis, & obedientie? Et quid de religioso facti Episcopo? Et an regulares, quibus superiores præferunt, habeant privilegium expediendi literas Poenitentiarum, etiamsi non sint Doctores, vel Magistri? Et an Prælatus superior possit dispensare circa penas im-



# Index Tractatum,

postea à Pralato inferiori ipso rennente? Et advertitur, si condemnans finierit Officium suum posse tunc Provinciale subditum condemnatum à Rectore absolvere, nulla requisita licentia à Rectore moderno, seu ab eo, qui eum condemnavit. Et an dispensatio, seu potius facultas testandi concessa Monachis, quibus interdictum est testandi, expiret morte concedentis? Ex p.8. tr.3. ex ref. 28. 12. 48. 23. 100. 31. & 99. & in p.4. tr.4. ex ref. 71. *Quae hic sunt in tom. 3. tr. 2. de dispensationibus r. 16. 26. 43. 65. 66. 45. 145. & 157*

An regularis illegitimus dispensatus ad Ordines non possit sine peculiari Pontificis dispensatione admitti ad Prioratum, vel ad aliam dignitatem religionis? Et an valida sit professio facta eodem die susceptionis habitus, vel complementi sexii decimi anni? Et notatur annum Novitiatus debere esse continuum continuatione physica, non morali, ita ut si per unam, aut duas horas interruptatur non esse validum, etiam si Novitius habitum religionis retinisset. Et an Praelati regulares, sive Generales, sive Provinciales, sive Praepositi, & Priores locales, & eorum absentes vices gerentes, ut sunt vice Rectores, vice Priores, &c. possint secum dispensare in propriis, sicut possunt dispensare in votis subditorum? Idem est dicendum de irregularitatibus, & preceptis Ecclesiae, atque de ceteris omnibus? Ex p.9. tr.8. ex ref. 22. & in tr.9. ex ref. 68. aliàs 67. & in p.10. tr.14. ex ref. 27. aliàs 25. *Quae nunc inveniuntur in tom. 3. tr. 2. de dispensatione r. 54. 171. & 6*

An si quis habeat votum castitatis, & religionis & petat, à Pontifice dispensationem vini, teneatur alterum narrare? Et an qui vovit se perseveraturum in religione, & explicet se vovisse religionem, dispensatio sit valida? Et an si voto religionis superaddas votum illius perseverantiae ad amplius obligeris? Quidam dispensatus à Summo Pontifice in voto religionis ratione infirmitatis post multos annos convalescit? quaesitum an ad ingressum religionis sub mortali teneatur? Et de quodam voto condicionali religionis in quadam febris acuta facto, & postea in sanitate confirmato agitur. Et an votum religionis intelligitur, atenta forma juris communis, quod animum probationis concedit ad experiendum? Et an quis satisfaciat voto animo experiendi si Novitiatus tempore exeat ex iusta causa? Et quid, si exeat sine iusta causa & ex levitate an tunc teneatur iterum ingredi? Et an superiores possint irritare vota, & iuramenta subditorum, illis nolentibus & irritis, sicut fieri potest absolutio ab excommunicatione irritis? Ex p.8. tr.3. ex r. 56. & 53. & ex p.6. tr.7. ex ref. 45. & in tr.8. ex r. 16. & in tr.7. ex r. 24. & in p.8. tr.3. ex ref. 86. *Quae hic reperiuntur in tom. 3. tr. 2. de dispensatione r. 67. 68. 74. 77. 80. & 82*

An Praelatus religionis, si ipse absolutione, aut dispensatione indigeat, possit Episcopo se subjicere, sicut potest suos subditos? Et an Episcopus ex licentia superiorum regularium possit uti facultate decreti Concilii quoad absolvendum, & dispensandum cum regularibus exemptis? Et quid est sentendum, si facultas absolvendi, aut dispensandi, quae non est in immediato Praelato religionis, esset in Provinciali, an tunc Episcopus non possit absolvere de consensu superioris immediati, nisi accedat consensus Provincialis, &c. Et an Praelatus religionis possit committere Confessorio ab illo electo, ut cum illo dispenset in omnibus, in quibus ipse potest dispensare cum suis subditis? Et an Episcopus vigore Concilii possit absolvere à suspensione, quam incurrit religiosi admittentes feminas intra claustra, si sit occulta? Idem est dicendum de Praelato regularium. Et an fas sit Episcopo, aut Praelato regulari absolovere Monialem sibi subditam, quae à suo Monasterio egressa sit ad malum finem dummodo delictum sit occultum? Et an quando Praelatus religionis mittit subditum, ut ordinatur, censetur concedere suas vices Episcopo ordinanti, ut dispenset in defectu occurrente,

aut obliro? Ex p.7. tr.2. ex ref. 6. 14. & 22. & in p.8. tr.3. ex ref. 35. *Quae hic sunt in tom. 3. tr. 3. de Episcopis r. 7. 17. 30. & 62*

An Episcopus possit committere Confessorio Monasterium, ut Monialem absolvat ab haeresi externa? Et an irregularitas ex defectu levitatis proveniente sit dispensabilis à Praelato regularium? Et quid si proveniat ex mutatione alicujus membri? Et an Praelatus regularis possit dispensare cum suis subditis super irregularitate proveniente ex homicidio in bello iusto? Et notatur, quod est magna differentia inter Episcopum, & Praelato quoad dispensandum circa irregularitatem homicidii casualis, nam Episcopus possit dispensare, quando homicidium est occultum, Praelatus vero regularis etià quando homicidium casuale est publicum? Et an Episcopus in propria Diocesi possit celebrare Missam in Pontificalibus, seu cum Baculo, & Mitra in locis exemptis absque licentia proprii Praelati? Et quid in Diocesi aliena sine licentia tunc Ordinarii? Et notatur, quod quando Pontifex concedit licentiam sacerdotibus certa religionis, ut certo die dicant Missam de aliquo sancto Beneficentia, tunc non possunt facere Octavam neque in illa dicere Missam, & Officium de sancto Beneficentia. Ex p.4. tr.4. ex r. 89. & in p.4. tr.2. ex r. 70. 71. & 72. & in p.3. tr.6. ex r. 36. & in tr.5. ex r. 9. *Quae nunc inveniuntur in tom. 3. tr. 3. de Episcopis ref. 16. 38. 40. 48. 77. & 90*

Cursim docetur exemptos non esse irregulares quoad Ordines, & religionem. Et an regularis illegitimus absque alia dispensatione possit eligi in Vicarium Episcopi? Et an talis irregularis illegitimus possit per privilegia religionis dispensari, ut sit Vicarius Episcopi? Et an Monachus possit eligi in Vicarium Episcopi? Idem est de Vicario Sede vacante. Et docetur quodlibet religiosus (exceptis Franciscanis) esse posse Vicarium Episcopi ex licentia suorum Praelatorum, & non esse obtinendam à Generali, vel Provinciali, sed sufficere licentiam Praelati immediati. Et quid est sentendum quando religiosus non esset exemptus à iurisdictione Episcopi an tunc requiratur licentia Abbatis, & Episcopi? Et quid, si discordant? Et an si Monachus constitutus sit Vicarius Episcopi absque licentia superioris teneant gesta, & acta per eum? Et an omnes religiosi, (exceptis Minoribus,) possint esse iudices arbitri, iudices accessores, & iudices delegati Episcoporum, accedente tamen licentia Praelati, & Monasterii utilitate? Et an Illustrissimus Episcopus Laudensis possit examinare, & visitare Parochum regularem Ecclesiae oppidi, seu loci Hospitalei Ordinis S. Hieronymi de Lombardia ad ornatum Concilii Tridentini sess. 25. c. 11. de reformat. Et an Episcopus possit visitare regularem vel Parochum vel Vicarium in Ecclesia sui Monasterii inserviemem aut in Ecclesia alio Parochialibus exemptis Vicarium agentem? Ex p.10. tr.11. ex r. 24. & in tr.15. ex r. 30. & in tr.16. ex ref. 127. aliàs 26. & in p.11. tract. 2. ex ref. 14. *Quae hic reperiuntur in tom. 3. tract. 3. de Episcopis ref. 66. 94. 86. & 85*

An Capitulum Sede vacante possit dare licentiam Novitiis disponendi de eorum bonis temporalibus? Et an talis Episcopus possit Ordines conscribere religiosi votum privilegiorum in Diocesi, in qua est Sede vacante sine licentia expressa Capituli sub penis in Concilio fulminatis? Et an Capitulum Sede vacante intra annum possit dare licentiam alicui Episcopo, ut conferat Ordines regularibus? Et an regulares sint subiecti Episcopo quoad Ordines? Et an Capitulum Sede vacante possit revocare licentias regularium obtentas ad audiendas confessiones? Idem est de licentiis ad predicandum. Et an possit Capitulum Sede vacante dare licentiam erigendi, vel ingrediti, Monasteria Monialium? Et an possit dare licentiam Monialibus exendi à Monasterio ex causa? Et an Capitulum Sede vacante, vel eius Vicarius possit visitare Monasteria Monialium exemptarum, & Sedi Apostolicae subiectarum?



## & Resolutionum.

*Et an Prælati regularium possint suppressere beneficia regularium suorum Ecclesiarum? Et an Prælati regularium non possint pure communi, deponere, nec degradare suos subditos, nisi competat ei de consuetudine, vel privilegio? Et an sit privilegium aliquod, per quod possint degradare subditum verbaliter? Ex p. 8. tr. 4. ex rel. 5. 3. 7. 2. 4. 8. 4. 9. 3. 9. 14. 5. 0. & 6. 8. in p. 7. tr. 1. 2. ex rel. 1. 2. 8. & in p. 10. tr. 1. 1. ex r. 5. 1. Quæ hic sunt in tom. 3. t. 5. de Capitulo sede vacante r. 3. 4. 10. 1. 1. 3. 2. 8. 3. 5. 37. 45. 39. 3. 6. 18.*

*Nota, quod in tom. 3. t. 6. de horis Canonicis, sunt quam plurime difficultates omnes mixtae pro regularibus, & Monialibus, & eorum obligationibus circa horas Canonicas, & modum illas canendi, vel recitandi, idcirco si ita casus mixtus occurrerit, require ibi illum in resolutionibus hic assignatis, & non in aliis prædicti tractatus, videlicet a. 1. 1. usque ad r. 2. 4. inclusive, & in r. 2. 9. 30. 3. 1. 3. 3. 4. 7. 50. 5. 4. 5. 5. 6. 5. 7. 5. 9. 7. 2. 90. 99. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. & 109. Sed non est dubitandum fore ceteras omnes alias resolutiones, & quaestiones prædicti tractatus pertinere etiam posse ad regulares, & Moniales pro omnibus illis occurrentibus casibus, &c.*

*Adverte etiam, quod in tom. 4. tr. 1. de Altaribus privilegiatis invenies aliquas difficultates pro Altaribus privilegiatis regularium, & celebratione Missarum in illis ab ipsius regularibus, idcirco si ita casus mixtus occurrerit illum reperies, ibid. in r. 1. 1. 2. 2. 2. 6. 2. 7. 2. 8. 2. 9. 30. 3. 1. & 3. 3. Sed cetera omnes alia resolutiones etiam pertinere possunt regularibus pro aliis generalibus occurrentibus casibus, circa celebrationem Missarum in prædictis Altaribus privilegiatis.*

*Docet Missas votivas, sicut Missas de requiem à religiosis Mendicantibus posse dici in quocumque die vetita Esso duplici, modo non sit Festi Domini Sabaoth? Ex p. 9. tr. 2. ex r. 2. 9. Quæ nunc invenitur in tom. 4. tr. 1. de Altaribus privilegiatis ref. 4. 1.*

*Nota, quod in tom. 4. tr. 2. de Oratoriis privatis, sunt multae quaestiones mixtae pro Oratoriis privatis regularium erectis in suis propriis Monasteriis, Cameris, Cellis, Grangiis, & locis ruralibus, in quibus possint prædicti regulares, & etiam Clerici seculares Missam audire, & celebrare, & ibi sacram Eucharistiam, & Pœnitentiam ministrare, quas difficultates ibi reperies, a. 1. 1. usque ad r. 1. 7. inclusive, & in r. 2. 9. 4. 2. 4. 3. 4. 4. 4. 5. 4. 6. 5. 7. 5. 8. & 6. 2. & non in aliis resolutionibus prædicti tract.*

*Adverte etiam, quod in prædicto tom. 4. tract. 3. de Bulla Cruciate, sunt etiam multa resolutiones, & difficultates pro regularibus & Bulla Cruciate; & aliqua earum non sunt mixtae pro Bulla Cruciate, & regularibus, sed pertinent privatim ad ipsos regulares tantum, quas omnes ibidem invenies in relol. 5. 7. 1. 7. 1. 9. 20. 22. 23. 26. 27. 28. 2. 9. 30. 3. 1. 3. 2. 3. 50. 6. 1. 6. 3. 6. 6. 6. 7. 2. 80. 8. 9. 9. 1. 9. 2. 9. 3. 9. 4. 9. 5. 9. 6. 9. 7. 9. 8. 9. 9. 100. 101. 106. 117. 119. 122. 125. 126. 127. 128. 129. 132. 133. 144. 145. 159. 164. 165. & 169.*

*An Prælati regulares sint eligibiles in confessarios virtute Bullæ Cruciate, vel Iubilæi? Et cursum docetur ex decreto Clem. VIII. §. 2. de reservat. cal. pro regularibus, quod Prælati regulares prohibentur audire confessiones suorum subditorum, nisi sponte accedant; Et a fortiori inferitur extra tempus Iubilæi, vel sine Bulla Cruciate Prælati regulares non posse audire confessiones secularium absque Episcopi approbatione. Et an Iubilæum anni Sancti suspendat privilegia regularium commutandi vota, & in eis dispensandi, & absolvendi à reservatis? Et an Prælati regularis possit cunctis dispensare ex vi suorum privilegiorum in irregularitate contracta ex violatione consuetudinum, iterandi Baptismum, heresi, vel apostasia, vel ex illegitima Ordinum receptione? Ex p. 1. 1. tr. 2. ex r. 5. 2. & in p. 1. tr. 1. 1. ex r. 10. & in p. 10. tr. 1. 1. tr. 2. Quæ nunc invenitur in tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciate r. 10. 126. & 132.*

*An per Iubilæum sit eligibilis in confessarium regularis episcopus probatus tantum limitatè ad parvum locum, & oppidum, vel quoad personas? Et an religiosus approbatus ab Episcopo sit eligibilis per Iubilæum, etiam si a suo Prælato per sententiam privatus sit, ne confessiones secularium audiat? Et an sit probabile etiam sine Bulla, ut valide possit religiosus secularium confessiones audire virtute approbationis ab ordinario concessæ, etiam si legitime non fuerit ordinario presentatus, & per suum superiorem per sententiam prohibitus? Et an per Iubilæum sit eligibilis in confessarium Prælati regularis non approbatus ab ordinario loci? Et an confessarius eligendus virtute Cruciate, vel Iubilæi debeat esse approbatus ab Episcopo etiam quoad regulares, itaut non sufficiat esse approbatum à Prælato regulari suo, vel alterius religionis? Et an sententia huius quaestiones procedat etiam quoad Novitios? Et an tempore Iubilæi Religiosi possint sine licentia superioris confiteri cum extraneis, itaut non possint superior prohibere suis subditis ne confiteantur cum sacerdotibus secularibus, vel regularibus alterius religionis? Idem est dicendum de Monialibus. Et an quicumque confessarius ab ordinario approbatus possit tempore Iubilæi absolvere Moniales à peccatis, vel à casibus reservatis, & censuris? Ex p. 5. tr. 1. 2. ex rel. 4. 9. 5. 0. & 5. 2. aliàs 4. 8. 4. 9. & 5. 1. & in p. 3. tr. 2. ex r. 2. 1. & in p. 2. tr. 1. 7. ex r. 4. 7. & in p. 5. tr. 1. 2. ex r. 3. 7. & 1. 2. & in p. 1. tr. 2. ex r. 2. 9. Quæ hic reperientur in tom. 4. tr. 4. de Iubilæo r. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

*An Regulares ex vi privilegiorum possint commutare votum religionis, vel castitatis perpetua, quando non est tota materia voti? Et an possint commutare materiam subrogatam à Pontifice, pro votis castitatis, & religionis? Et an regulares teneantur per se, secluso scandalo, observare præcepta Synodalia? Et an censura Synodales per Episcopum promulgata ligent regulares? Et an superiores regulares possint pro suis subditis promulgare Iubilæum, non expectata promulgatione Episcopi Diocesani, seu Parochi? Et quid, si Episcopus, aut Parochus non mittit copiam, vel Breviarium Bullæ Iubilæi? Et an dici possit Papam religiosos volentes acquirere Iubilæum subicere ordinario loci, non coactione, & lesione sue exemptionis? Et an Prælati regularis duobus postquam authenticam habuit Iubilæi notitiam hebdomadibus eum indicendi, esto Episcopus serius, aut citius indicat Iubilæum? Et an quando in Iubilæo superior non vult aliquid dare per elemosynam, possit subditus clam à Monasterio accipere? Idem est in prædicto casu de Monialibus respectu Abbatissæ? Ex p. 5. tr. 1. 2. ex r. 6. 1. aliàs 60. & 36. & in p. 10. tr. 1. 4. ex r. 3. 5. aliàs 33. & in r. 1. 5. ex r. 2. 2. Quæ nunc invenitur in tom. 4. t. 4. de Iubilæo r. 16. 12. & 30.*

*An Indulgentia concessa regularibus, & revocata à Paulo V. hodie censentur revalidata? Et an Indulgentia, & privilegia pro defunctis concessa censentur revocata per dictam Bullam Pauli V. vel permaneant in suo robore, & firmitate? Et quid est dicendum de Indulgentia plenaria concessa à Clem. VIII. Parentibus Fratrum existentibus in Purgatorio, si pro illis Minorita dixerit unam Missam? Idem dicendum est de Indulgentia plenaria à Calisto III. concessa Parentibus Fratrum Minorum, in qua possint eligere Confessarium, per quem absolvantur plenarie à culpa & pena? quo privilegio gaudent Parentes aliorum regularium. Et an Prælati inferiores Episcopo per consuetudinem prescriptam possint acquirere potestatem concedendi Indulgentias, etiam habentes iurisdictionem Episcopalem? Et an quando religiosus morietur nondum applicatus Indulgentiis à Pontifice obtentis, possit eius superior de illis dispensare? Et adducitur, quod superior regularis possit suorum subditorum satisfactiones, & pœnes applicare benefactoribus propter interpretativum consensum subditorum, vel ut satisfactiones superfluas cedant in emolumentum habentium cum illis participationem bonorum operum? Et an regularis possit applicare Indulgentiam defunctis*



# Index Tractatum,

defunctis stante privilegio Leonis X. concessio Minoribus? Et an regulares excepti gaudeant Indulgentiis Episcoporum? Ex p. 4. r. 4. ex r. 20. & in p. 5. r. 12. ex r. 21. & in p. 10. t. 16. ex r. 6. & 12. & in p. 1. r. 8. ex r. 24. *Qua hic reperientur in 4. r. 5. de Indulgentiis r. 40. 41. 31. 37. & 29*

An religiosi teneantur jejunare? Et quid de Musicis & Cantoribus etiam religiosis, &c. Et an religiosus, qui tenebatur jejunare, v.g. Feria sexta, in qua occurrit vigilia alicujus sancti, si non jejunat, peccet dupliciter? Et inferetur, quod religiosus Franciscanus si non jejunat Feria sexta, etiam si sit vigilia, unum tantum peccatum committit. Et quid est dicendum, si Prelatus in virtute S. Obedientia precipiat religioso jejunium in vigilia etiam Ecclesie? Et quid, si violet duo jejunia ab Ecclesia indicta in unum diem incidenda? Et quid est sentiendum, si concurrat jejunium indictum ab Ecclesia & voto? Et an religiosi Franciscani teneantur ad jejunia regula, etiam si anni 21. non expleverint? Et quid de jejunio Ecclesie? Et quid est dicendum circa supradicta jejunia Ecclesie & regule de regularibus sexagenariis? Et an religiosi, qui habent privilegium anticipandi pratum per hora, possint dicti religiosi absque culpa per hora cum dimidia pradium ante meridiem praevenire? Et an religiosi Collatione seroiu in vigilia Navitatis Domini possint sumere in magna quantitate? Et an religiosus votens jejunare satus faciat, si jejunet secundum more Monasticum? Idem est de ieiunio in penitentia apposito. Et si religiosi comedat ova, & lactinia in vigiliis Ecclesie, & in Dominicis Quadragesima, queritur, an mortaliter peccent? Et notatur, quod Leo X. in Bulla incipiente religionis zelus, concedit religiosis S. Jacobi de Spata de velis, & S. Marci Legionensis, & coru familiaribus, & servitoribus comedere in Quadragesima, & aliis diebus anni de iure, consuetudine, aut iuxta sua statuta, aut alias quomodolibet prohibitis butyris, ovis, & lactinia, & ex utriusque Medici consilio carnes; quo privilegio communicat alia religiones, &c. & servatur hac Bulla in conventu de velis. Ex quo etiam queritur, an privilegium perdatur per non usum? Ex p. 1. t. 1. ex r. 4. & in p. 4. t. 4. ex r. 8. & in p. 1. t. 9. ex r. 16. 27. & 31. & in p. 7. t. 11. ex r. 24. & in p. 9. t. 6. ex r. 16. & in p. 5. t. 14. ex r. 13. & in p. 9. t. 8. ex r. 67. alias 66. *Que hic sunt in tom. 4. t. 6. de Ieiunio r. 26. 62. 63. 104. 49. 60. 64. 58. & 53*

Nota, quod in predicto tom. 4. & t. 6. de Ieiunio, sunt multe alie, & curiosa difficultates pro ieiuniis specialibus regularium, & pro edentis lactinimis, & ovis in Quadragesima, &c. quas ibidem reperies in r. 3. 4. 9. 24. 25. 34. 40. 41. 59. 62. 63. 69. 70. 74. 86. 95. 102. 111. 112. & 114

De quantitate elemosynae necessario ab Episcopo expendenda. Et an hoc intelligatur quoad regulares ad Episcopatum assumptos? Et an regularis ad Episcopatum assumptus si elemosynas debitas non praebeat, non solum peccet mortaliter, sed etiam ad restitutionem teneatur? Et docetur regularem Episcopum renunciationem ante emissam professionem factam, servata forma Concilii Tridentini, revocare posse. Et an hoc procedat, si forte Episcopus esset ex illis religiosis, qui in Societate I. E. S. V. emisserunt sola vota biennii? Et an Milites D. Jacobi, Calatrave, Alcantara, &c. teneantur ad elemosynam faciendam, si possideant beneficia Ecclesiastica? Et an Monasteria religiosorum, quibus proventus redundant, teneantur de illis elemosynas facere? Et an possint, & debeat Prelatus religionis omnes superabundantes redditus in elemosynam dare? Et an religiosi possint elemosynam facere? Et an quamvis superior ineratit elemosynas elargiri, non videatur interdiceret moderatas, & consuetas? Et an Episcopi regulares possint testari de patrimonialibus? Et quibus sumptibus solvenda sit elemosyna Predicatori regulari? Et an sit praeceptum dandi elemosynam iis, qui voluntarii pauperes sunt, ut religiosi, &c. Ex p. 5. t. 8. r. 27. 31. 30. 33. 32. & 18. & in p. 3. t. 5. ex r. 71. *Que nunc inveniuntur in tom. 4. t. 7. de elemosyna r. 23. 26. 30. 32. 33. 40. & 39*

An hermaphroditus aequè utrumque sexum participant possit in aliqua determinata religione solemnem professionem emittere? Ex p. 12. t. 1. ex r. 112. *Que hic est in tom. 4. t. 8. de consecratione Episcopi r. 101. etiam 112*

An si contingat, ut praeceptum superioris sit de re levi, vel indifferenti in se, & tamen sit causa, & periculum inducat maioris mali, ut si superior precipiat, ne quis tali hora ambulet tali loco sub poena excommunicationis absolute, si quis transgrediar tale praeceptum obedientiam, licet sit de re levi in se, peccet mortaliter, & per consequens illa esset excommunicatus excommunicatione maiori? Et an regulares in domibus suis audientes Lectores legum, vel medicina incidant in excommunicationem? Et advertitur quaedam notabilia circa prohibitionem colloquendi cum Monialibus, & pro praxi adducuntur diversi casus. Et an Praelati regulares respectu suorum subditoru regularium censeantur habere totam mundum pro territorio, ita capere possint suos subditos, in quocumque territorio sit, etiam non implorato brachio iudicis secularis? Et an hoc locum non habeant, ubi Praelati regulares iurisdictionem tum territorio habent? Et an confessorius possit intrare clausuram Monialium non solum quando regula confusi praecepit, sed etiam quoties infirma dixerit se indignere sacramento Penitentiae, & Episcopus, & Praelatus in aliquo casu electionis Abbatisse, seu Priorisse? Et an religiosi ubique terrarum possint a suis superioribus ligari censuris, sive amplexu statuto perpetuo, sive praecepto? Ex p. 5. t. 9. ex r. 47. & in p. 3. t. 5. ex r. 27. & in p. 3. t. 2. ex r. 48. & in p. 5. t. 9. ex r. 71. & in p. 2. t. 16. ex r. 30. alias 31. & in p. 10. t. 14. ex r. 50. 51. 53. & 56. alias 48. 49. 51. & 54. & in p. 3. t. 2. ex r. 67. & in p. 4. t. 4. ex r. 90. & in p. 3. t. 2. ex r. 129. & in p. 5. t. 9. ex r. 34. & 66. *Que nunc inveniuntur in tom. 5. t. 1. de excommunicatione r. 13. 73. 84. 85. 90. 86. 87. 88. 89. 91. 92. 93. 98. & 97*

An licite quis absolvat ab excommunicatione incursae, maxime si privilegium sit concessum in favorem confessorii, ut si sit religiosus, &c. Ex p. 5. t. 9. ex r. 10. *Que hic est in tom. 5. t. 1. r. 189*

An regulares privilegii possint absolvere saeculares a censuris Bullae Canonis, dummodo sint oculi? Ex p. 9. t. 4. ex r. 65. 5. ult. *Que hic reperitur in tom. 5. t. 2. de percussione Clerici r. 74*

Nota, quod in predicto tom. 5. t. 2. de censura ob percussione Clerici, & eius absolutionem, sunt quamplurima difficultates omnes mixtae pertinentes ad regulares, Moniales, Novitios, & Novitias, Eremitas, Tertiaris, & Tertiaris, atque pro Equitibus Militarium ordinum ob censuram Canonis, Si quis suadente, &c. incursum ob percussione praeclatariu personaru, etiam titulo correctivis; quos casus ibidem invenies in resolutionibus sequentibus hic assignadis, & non in aliis praeclatariu tract. tractat in r. 6. 7. 11. 12. 21. 31. 32. 39. 43. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 64. 69. & à r. 73. usque ad r. 79. includit.

An regularis excommunicatus propter percussione Clerici, si recipiat ordines incurat suspensionem? Et an Abbates conferentes Tonsuram, vel minores ordines alios quam sunt subditis regularibus, incurant suspensionem? Et notatur Abbates conferentes ordines minores Novitius non esse suspensos. Et an Abbates concedendo dimissorias Novitius incidant in suspensionem? Et an suspensus iuxta Bullam Pii II. quia suscepit ordines sacros extra tempora, ante legitimam aetatem, vel sine dimissoriis, dispensari possit ab Episcopo, vel à superiore regulari? Et an Abbates in casibus, in quibus Tonsuram, & minores ordines conferre possunt, dispensare valeant in interstitiis? Et an hoc etiam procedat in casu, quo Abbates suos subditos cum dimissoriis remittant, ut ab Episcopo ordinentur, & tunc non excommunicandos esse ab Episcopo, non obstante Concilio Tridentino? Et an religiosus, qui inchoavit annum vigesimum tertium hora vigesima tertia diei, sed mane in eodem die recepit Ordinem Diaconatus, suspensionem incidit, tanquam ordinatus ante legitimam aetatem? Et an sacerdos etiam



## & Resolutionum.

etiam regularis, qui ausus fuerit matrimonialiter conjugere, aut benedicere alienos Parochianos absque licentia proprii Parochi, ipso iure suspensus maneat? Et an in hoc casu cesset poena excommunicationis contra religiosos matrimonialiter secum declaracionem Cardinalium? Et an Monachi Benedicini incurant suspensionem, si non deserant habitum prescriptum in Clem. 1. §. Si quis autem, de stat. Monach. Et an superior, si esset suspensus ab admissione ad professionem, expleto anno 16. ab eo admissa sit valida? Et an ex eo, quod prohibetur Abbatibus dare professionem, Novitiam, antequam monentur Episcopum pro faciendis examina libertatis; si tamen Abbatibus, omnia monitione & examine Episcopi, Novitia det professionem, sit valida, si alias non sit impedimentum dirimens professionem? Et an ex eo quod disponitur, ut si vir, & uxor velint religionem ingredi, hoc minime efficiatur sine consensu, & licentia Episcopi, amen si professionem emitterent absque tali licentia, professio sit valida? Et an si in Constitutione alicujus religionis statutum sit, ne Novitii, v.g. recipiantur ante 18. annum, si tamen admittantur ad professionem, expleto anno 16. valida sit professio? Et an religiosus, cui Prelatus per obedientiam prohibuit, ne confessiones audiat, an tales confessiones sint valida, quiaquid sit de peccato illius, nam religiosus alias erat approbatus? Ex p. 5. t. 10. ex r. 58. 42. 43. 44. 3. 1. 40. & 33. & in p. 10. t. 12. ex r. 6. Quae hic reperitur in tom. 5. tr. 3. de suspensione r. 33. 27. 28. 19. 44. 45. 62. & ultima resolutio hic annotata invenitur supra in hoc ipso tom. 7. t. 1. r. 159. §. Potest.

An prohibitus celebrare in loco interditi possit celebrare, v.g. in Ecclesia Patrum Capucinorum, Carmelitarum prope Urbem existente? Et an Clerici interditi intelligantur etiam religiosi interditi? Et quid etiam de Monachis, Conversis, Monialibus, Novitiis, & Eremitis? Ex p. 4. tr. 4. ex r. 123. & in p. 5. t. 10. ex r. 81. aliis 80. Quae hic sunt in tom. 5. tr. 4. de Interdicto r. 6. & 24.

An Monachus in sacris exercens Chirurgiam per incisionem, vel adhesionem sit irregularis, morte sequuta, licet adhibeat necessariam diligentiam? Et an illa alio prohibetur in extrema necessitate, quando non est alius Chirurgus, vel est in tempore pestis? Et quid, si illam operatur extra extremam necessitatem cum ignorantia invincibili huius prohibitionis, an tunc incurrit irregularitatem? Et an vena sectio sit religiosus in sacris prohibita, iam incurrit irregularitatem, si ex tali sectione sequatur sit mors? Et an religiosus, si non sit subdiaconi possum exercere Medicinam, & Chirurgiam abscondendo, & abduendo secundam artem? Et an religiosi possint servare infirmos, etiam constitutis in ultimo vita, & eos volvere in lecto, & reliqua exhibere cum prudentia absque metu irregularitatis? Et an religiosi assistentes, quando reus in periculo suspenditur, incurrant irregularitatem, & peccent mortaliter? Et an religiosus incurrit irregularitatem occidendo in aeternum, si non fugiat, cum possit? Et an valeat collatio Praelaturae facta irregulari? Et an illegitimus, cui dispensatum est a Papa, ut possit obtinere curam, si postea efficiatur religiosus, possit sine nova dispensatione fieri Praelatus regularis? Et an religiosus, qui votum habet castitatis, si contrahat etiam cum virgine, incurrit irregularitatem bigamiae? Ex p. 4. tr. 2. ex r. 23. & 24. & in p. 5. t. 3. ex r. 117. & in p. 4. tr. 2. ex r. 35. & 37. & in p. 7. t. 10. ex r. 6. & in p. 4. tr. 2. ex r. 39. Quae tunc inveniuntur in tom. 5. tr. 5. de Irregularitate r. 72. 73. 75. 76. 140. 143. & 148.

An religiosi virtute suorum privilegiorum possint absolvere ab excommunicatione propter abortum, si a suis Provincialibus non sint deputati ad hoc? Et an Praelati regulares possint dispensare in irregularitate suorum subditorum contra aliam ex abortu animato? Et quid, si homicidium sit occultum apud seculares, & manifestum inter Fratres? Et an Praelatus regularis possit committere uni confessorio subdito hanc dispensationem? Et an dicti Praelati

possint habitare ad officia suos religiosos etiam pro foro externo, & sine dubio absolvere ab excommunicatione incurta propter abortum? Et an religiosus indigeat dispensatione super excommunicationem, vel irregularitatem, si in visitatione, aut Capitulo fuerit dispensatus ab irregularitatibus, prout fieri solet in visitatione a Praelatis etiam non cogitantibus dispensationem huius, vel alterius irregularitatis, etiamsi religiosus crediderit se non indigere dicta Praelatorum dispensatione pro illo tunc? Et quid, si religiosus procuravit abortum factus animati, si effectus non sequatur? Ex p. 7. tr. 5. ex r. 15. & in p. 4. tr. 2. ex r. 37. & in p. 7. tr. 5. ex r. 22. 23. & 9. Quae hic reperitur in tom. 5. tr. 6. de abortu r. 7. 10. 11. 12. & 26.

An tantum Symonia in beneficio, ordine, & ingressu religionis subdatur poenis Symoniae? Et an Generalatus, Provincialatus, Correctoratus, Guardianatus, Prioratus, &c. includantur sub nomine beneficii ad incurrendas poenas Symoniae? Et an mediatores symoniace electionis ad Praelaturam aliquam religionis incurrant excommunicationem? Et an regulares convenientes inter se, ut alter in una electione suffragetur uni, & alter alteri in alia, committant Symoniam? Et quid, si pactum non interveiat, sed tantum futurae oblationis spei, ut si dicatur, da hoc suffragium, & providebitur tibi de alia re, vel quid simile, Et an sit Symonia, si Monachus dicat alteri, elige me in Provincialem, & ego elgam te in Priorem; vel faciam pro te sacrum, & tu fac pro me, vel audiam tuam confessionem, si tu audias meam, &c. Et an incurrat labe symoniaca, si petatur a Monialibus dos, quando Monasterium est dives? Et an sit peccatum symoniae dare aliquid Titio, ut Canum adscribere faciat inter Equites D. Jacobi, Alcantarae, Calatravae, &c. Et docetur, quod dans, vel accipiens aliquid pro ingressu religionis ligatur excommunicatione Summo Pontifici reservata in Extravag. 1. de Symonia. Sed notatur ad facilius imperandam suam receptionem in aliqua religione posse quam gratis, & sponte praebere munera superioribus, vel aliis; imò in tali casu pactum adhibere posse. Et an quis probabiliter sustinere potest dictos ordines Equitum D. Jacobi, Alcantarae, Calatravae, &c. non esse vere religiosos? Et an sit Symonia, si Rex vendat Las Encomiendas, dictorum ordinum, vel saltem sit peccatum mortale? Et excusatur quaedam conventio Equitum Ierosolymitanorum a labe symoniaca. Et docetur commendas Equitum D. Jacobi, Alcantarae, Calatravae, &c. esse beneficia Ecclesiastica, & materiam symoniae, Et an emere cedulam habitus praedictorum Equitum ab aliquo Ministro Regis sit symonia? Et an habitus praedictorum Equitum, non sit habitus vere religionis, sed secundum quid? Et an committens sacrilegium cum Moniali, cui annexa reservatio, efficiatur reservatio, si hac ignoretur? Ex p. 4. tr. 4. ex r. 157. & 156. & in p. 3. tr. 2. ex r. 125. & in p. 8. tract. 7. ex r. 29. & in p. 4. tract. 4. ex r. 150. & in p. 3. tract. 2. ex r. 64. & in p. 6. tract. 8. ex r. 17. & in p. 9. tract. 9. ex r. 35. & in p. 7. tract. 4. ex r. 14. Quae tunc inveniuntur in tom. 5. tr. 7. de Symonia r. 6. 10. 11. 13. 12. 34. 36. 35. & 62.

An regulares virtute suorum privilegiorum possint etiam absolvere saeculares a casibus contentis in Edicto Dominorum Inquisitorum, dummodo excommunicationes non proveniant ex haeresi formali, vel ex aliis criminibus contentis in Bulla Coena? Et an Praelati regulares possint absolvere subditos suos ab haeresi occulta? Et an Provinciales possint delegare hanc facultatem in casibus particularibus? Et an regulares possint absolvere saeculares ab haeresi occulta? Et an regulares possint absolvere a casibus Bullae Coena, si sint occulti, etiam quoad haeresim? Et quid, si supradicta censura deducta sint ad forum contentiosum, & licet publice sint? Et in textu huius resolutionis assignantur alii sex casus,



# Index Tractatum,

in quibus regulares virtute suorum privilegiorum minime possint seculares abolvere nisi in articulo mortis? Ex p. 1. t. 5. ex r. 8. & 6. & in p. 3. t. 2. ex r. 12. 1. & in p. 6. t. 7. ex r. 6. 3. & in p. 8. t. 7. ex r. 10. & in p. 6. t. 6. ex r. 5. 4. & in p. 11. t. 2. ex r. 18. *Que hic reperitur in tom. 5. t. 8. de heresi à r. 33. usque ad r. 39. inclusive.*

*An Monialis non potens adire Inquisitores satisfaciat denunciando per epistolam Missam ad Inquisitorem? Et an confessorius regularis ex abjuratone propter sollicitationem remaneat inhabilis ad officia religionis? Et an supradicti non possint rehabilitari nisi per Pontificem, vel Illustrissimos Inquisitores sacra Congregat. Et an Episcopus possit cognoscere de crimine sollicitantis, & hoc separatum ab Inquisitoribus, si sollicitans sit exemptus regularis? Et an scemina sollicitata, qua censuram incurrit, si præceptum denunciationis adimpleat, possit absolvi à censura à regularibus virtute suorum privilegiorum? Et an in cæteris casibus præter hereticum dogmatizantem, & docentem eos heresim, non teneantur criminosi procedere se ipsos ex edicto Inquisitorum, sed possint absolvi per Cruciatam, vel per privilegia regularium? Et an Inquisitores possint imponere regularibus sollicitantibus, quod teneant ultimū locum inter regulares sui Monasterii in choro, in refectorio & in aliis locis, & aliquando mandare, ut sententia contra talem Confessorium regularem lata publice legatur in proximo Capitulo sua religionis? Ex p. 1. t. 4. ex r. 7. & in p. 4. t. 5. ex r. 48. 29. & 52. & in p. 1. t. 4. ex r. 8. & in p. 10. t. 14. ex r. 43. alias 41. *Que hic sunt in tom. 5. t. 9. de denunciationibus r. 12. 93. 21. 96. 15. & 92.**

*An Inquisitores debeant procedere cum generalibus religionum in casu heresis, sicut procedunt cum Episcopis? Et an hodie interdictū sit Prælati regularium cognoscere de causis hereticis suorum subditorum, eosque punire? Et an regulares abjurantes de levi reddantur inhabiles ad officia, gradus, & dignitates religionis? Et quid si abjurassent de vehemēti? Et an Inquisitores habeant potestatem erga exemptos quoad corpora, imagines, tabellas, &c. qua in locis publicis, seu privatis apponuntur? Et si religiosi transgressi fuerint, an priventur voce activa, & passiva? Et an Inquisitores, si sint regulares, & delinquant in eis, non que sunt officii Inquisitoris, possint puniri à suis Prælati? Et an in Hispania sancitum sit Inquisitores particulares non posse comprehendere religiosum, quin prius certiorum faciant Inquisitorem generalem, & ejus supremum Senatū? Et an Inquisitores possint punire dicentes confessos religiosi ab Episcopo approbati, iterum eadem peccata teneri confiteri Parocho? Ex p. 4. t. 8. ex r. 23. 64. 127. 53. 121. & 102. *Que nunc inveniuntur in tom. 5. tr. 10. de potestate Inquisitorum r. 12. 83. 113. 132. 67. & 82. sed penult. quæst. ibi est in tr. 8. r. 10.**

*An religiosus possit incarcerari ab Inquisitoribus sine Consilio supremi Senatūs ex delatione unius famina propter sollicitationem in confessione? Ex p. 4. t. 6. ex r. 21. *Que hic reperitur in tom. 5. tr. 11. de Tortura S. Inquisitionis ref. etiam 21.**

*De religiosi matrimonium inveniunt. Et an in tali casu non solum committant sacrilegium, sed sint de heresi suspecti, & qua poena puniendi sunt? Ex p. 4. t. 7. ex r. 5. *Que hic est in tom. 5. tr. 12. de Pænis 5. Inquisitionis ref. etiam 5.**

*An regulares teneantur observare leges Episcoporum? Et quid quoad Fistorum observationes, interdicta, jejunia, &c. Et an regularis reus teneatur respondere iudici, si restium depositio non notificetur? Et an regulares virtute suorum privilegiorum possint pro satisfactione præcepti communis communicare peregrinos, qui non habent annuum mēens in aliquo loco pro maiori parte anni? Et an verba imperativi ex consuetudine religionis præceptum contineant? Et an verbum Iubeo, mando, imponent præceptum grave? Et an lex præcipiens regularibus accedentibus Monasteria Monialium sub pena privatio-*

nis officii, & vocis activæ, & passivæ obliget ad mortalem? Et notatur, cum I. glistores possint, & soleant comminari spirituales poenam, quando in conscientia obligare volunt, si tantum tamen temporalem poenam statuant, iudicium esse videatur, quod ad eandem tantum obligare valent. Et an sacros regularis solemnizans matrimonium absque proprii Parochi licentia, ultra suspensionem ipso jure impostam à Tridentino c. 11. 24. c. 1. innotat etiam excommunicationem Pontifici reservatam latam in Clement. 1. de privilegiis? Et an in B. lliis Pontificis, & decretis sacra Congregationis sub nomine privationis officiorum, graduum, dignitatum, &c. intelligantur comprehensio concionatoris, Lectoris, Confessoris, Magistri Novitiorum, Ministri, Consultores, Diffinitores, discreti, &c. Sed notatur dictas poenas non videri nisi post sententiam criminis declaratoriam? Ex p. 5. t. 5. ex r. 91. aliàs 91. & in p. 1. t. 10. ex r. 11. 15. & in p. 3. t. 6. r. 74. & in p. 9. t. 6. ex r. 5. & in p. 1. t. 10. ex r. 10. & p. 10. tr. 13. ex r. 14. & in p. 4. tr. 4. ex r. 224. *Que nunc inveniuntur in tom. 6. tract. 1. de Legibus, r. 98. 44. 45. 29. 43. 77. 33. & 34.*

*An privilegia religionum non amittantur per non usum nisi post 60. annos? Ex p. 6. tr. 5. ex r. 18. *Que hic reperitur in tom. 6. tr. 2. de Consuetudine ref. 15.**

*An fas sit religiosi inire contractum societatis cum Campore, aut Mercatore conferente totam operam, religio ex parte sua non nisi ne vos negotiations, sive pecuniam ferentibus? Et an religiosus possit negotiari per se, vel per alium? Et an religiosus in propria domo, vel Monasterio possit vendere per famulos vinū collectum ex eorum prediis? Et an religiosus occasione, quod merces empta sit in pretio potest vendi, si hoc faciant dicantur negotiari? Et an negotiatio prohibita sit Novitiis nondum in sacris constitutis? Et an bona donata, seu relicta cum conditio, ut à Monasterio possit alienari absque solemnitate, & consensu Apostolico, an talis conditio sit adimplenda? Et an pecunia data pro dote Moniali possit in sumi emendo agro, vel vinea, ut de fructibus ipsius Monialis possit tractari? Et an superiores possint in contractu licito absque solemnitate obligare bona Monasterii sub hypoteca generali, non obstante Paulina Ambitiole? & decreto Præbati VIII. Et an pecunia ad cambium, vel mutuo accepta cum solutione lucris cessantis, vel damni emergenti comprehendatur sub decreto sacra Congregationis, & Paulina Ambitiole? Et an obligando fructum totum immobilium, & mobilia non pretiosa possit Prælati, seu Monasterium absque solemnitate, quam iura ad alienationem bonorum Ecclesiasticorum requirunt, pecuniam mutuo accipere? Et an hoc etiam procedat, si mutuum sit acceptum absque ulla obligatione aliquid pro eo solvendi, alioquin non possit fieri, etiamsi tantū fructus, & mobilia bona obligentur? Et an quomvis permutatio bonorum Ecclesiasticorum maxime cum laicis sit jure prohibita, tamen permutatio cum Principe Patria est permissa absque solemnitate. Idem est cum fundatore, & in p. 1. t. 8. ex r. 72. & in p. 8. t. 7. ex r. 26. & 27. & in p. 7. t. 10. ex r. 21. & in p. 10. t. 16. ex r. 51. 53. & 85. *Que hic sunt in tom. 6. tr. 3. de Contractibus r. 181. 180. 184. 179. 183. 190. & due ultima resolutiones hujus annotationis, & §. inveniuntur in tom. 5. tr. 1. r. 79. & 80.**

*Aliqua practicabilia circa negotiationem religiosi interdictam. Et inter alios casus, qui pro praxi huiusmodi quasi unum adducuntur, quaritur, an religiosus peccet mortaliter, si una vel altera voce negotietur? Et an religiosus qui sui sumptibus, vel Monasterii imprimis libros à se compulcos, eaque exemplaria postea in diversis religionibus vendit, dicatur negotiator? Et docetur, quod illa tantum est negotiatio proprie dicta, qua res emuntur, ut eadem immutata, & in eadem specie carius vendatur. Et alii multi casus pro regularibus adducuntur, in quibus illis est licita negotiatio, ut si vendant panem coctum, ex fructibus*



## & Resolutionum.

eorum, lateres, calcem, &c. Et notatur, quod Monachi absque licentia Pralati, & majoris partis capituli sibi habere non possunt; quod si fecerint, & mutuo acceperint, non obligatur Monasterium, nisi quatenus in eius utilitatem conversum est. Et an hac doctrina locum habeat in Pralato? Et docetur professionem Religionis metu reverentiam factam non valere, & ideo rescindendam, & declarandam irritam. Idem est de electione. Ex p. 1. t. 3. ex r. 10. & in t. 6. ex r. 41. & in t. 4. ex r. 31. & in p. 3. t. 5. ex r. 10. Quae hic reperitur in tom. 6. t. 3. de contractibus r. 187. 188. 189. & 118

An peccet mortaliter Religiosus ludendo ludis prohibitis aleae, & taxillorum? Et quid, si inspicitur notabili tempore ludos fortuna, mortaliter peccaminosus, nisi ludi causa sint, vel omittant corrigere, quando tenentur? Et quid, si aspiciant eos, qui mortaliter peccant in ludo? Et an Religiosus possit aliquid ludo exponere? Et an possit lucrari, & perdere notabilem summam cum expressa Superioris licentia? Et an in tali casu tam Pralatus, quam Religiosus peccet mortaliter? Et an Religiosus, qui ludo exponit pecunias, quas alienare non potest, teneatur restituere, quod cum dictis pecuniis lucratus est, ac proinde quod cum eo perdidit, non possit de rigore compensare, quando postea in alio ludo lucratur ab eodem? Et an professio sit valida, quamvis professus non habeat animum servandi vota? Ex part. 4. t. 4. ex r. 183. & in p. 7. tract. 9. ex r. 40. 4. 14. 8. & 25. Quae hic sunt in tom. 6. tract. 4. de Ludo r. 10. 11. 12. 13. 18. & 35

Ad quem pertinet Thesaurus inventus in Monasterio Regularium? Et quid, si in loco Religioso incantatione quadam, & magica arte quaesitus, & inventus fuerit Thesaurus? Ex p. 9. t. 5. ex r. 11. & 12. Quae nunc inveniuntur in tom. 6. t. 5. de Thesauris r. 12. & 13

Nota, quod in tom. 6. t. 7. de Donationibus sunt multa quaestiones mistae pro Donationibus Religiosorum, Superiorum Regularium, & Episcopi Religiosi, commendatarii, & etiam pro Donationibus Novitiorum, atque pro donationibus factis, vel faciendis ipsi Religiosis, & Monasteriis Regularium, quae ibi referuntur in r. 7. 8. 9. 10. 23. 31. 32. 70. 76. 77. 81. 24. & 143. & non in aliis Resolutionibus praecitati tractatus.

An mortuus possit committere Fratibus Minoribus nominationem executorum sui testamenti? Et an ipsi nominare possint cum licentia sui Superioris? Et Bernardus in suo testamento ultimo reliquit heredem Cimbriam filiam cum onere solvendi quotannis Mar. a Sorori suae Mortali auro tot, & queritur, an huiusmodi legatum sit pium in favorem Mariae Mortalis? Et an commendatarius D. Jacobi, Alcantarae, Calatrave, de Avis, mortuus possit testari de fructibus commendarum in usus non pios? Et quid de commendatariis D. Joannis? Et an ingrediens Religionem teneatur in testamento servare solemnitates iuris? Et an legatum sub conditione, v. g. si Religionem non ingredietur, sit validum in foro conscientiae? Ex p. 5. t. 3. ex r. 127. & in p. 7. tract. 12. ex r. 11. & in p. 5. t. 3. ex r. 129. & in p. 10. t. 15. ex r. 10. & in p. 3. t. 5. ex r. 157. Quae hic reperitur in tom. 6. tract. 8. de Testamentis resol. 28. 49. 93. 92. & 42

Nota, quod in t. 6. tr. 9. de Executoribus Testamentorum, sunt quamplurima difficultates omnes mistae pro Religiosis Executoribus, & Commissariis testamentorum, ideo si ita casus missus occurrerit require illum ibid. in r. 10. usque ad r. 21. inclusive, & in r. 24. 25. 26. 27. 28. 31. 32. 33. 57. 70. & 71

Adverte etiam quod infra in hoc ipsomet tom. 7. t. 2. de Cingulo Militari pro validitate professionis Equitum Merensium, & t. 3. de Paupertate Religiosa per consequens hi duo tractatus simul etiam pertinere possunt ad ipsos de Regularibus. Sed quia prope sunt tractatus in hoc ipsomet tom. 7. in illis reperies quidquid cogitare poteris Tom. VII.

pro difficultatibus comprehensis sub titulis eorum. Similiter nota, ut hic fastidium, & multiplicationem non ingeramus, quod etiam infra in hoc ipsomet tom. 7. in tr. 4. de Correctione fraterna sunt multa quaestiones mistae pro correctione fraterna Regularium, quae ibi inveniuntur in resol. 8. 10. 14. & à resol. 20. usque ad resol. 27. inclusive, & in rel. 33. 40. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 60. 61. 62. 65. 66. 67. & 68. & non in aliis r. praecitati tractatus.

An sit differendus ingressus Religionis propter scandalum, vel ne Parentes irascantur? Et an Regulares incidentes per civitatem in diebus Bachanalibus Personati vulgo Malchareti, recreationis causa mortifere non peccent, neque quoad ludum laevalem, neque quoad praecceptum, neque quoad rationem scandali, neque quoad Habitus dimissionem, ad modicum tempus? Ex part. 5. tract. 7. ex r. 23. & in p. 10. t. 13. ex r. 29. Quae hic sunt infra in hoc tom. 7. t. 5. de Scandalo r. 5. & 6

An Religiosi laici, & Monachi conversi, vel Choro mancipati peccent pugnando propria manus? Et an Religiosi subditi possint se conferre ad exercitum sine venia saltem tacita sui Superioris, quia in omnibus ab eius voluntate pendunt? Et an subditus indoctus, qui non possit discernere quando sit causa iusta, aut dubia, teneatur semper obedire Superiori praecipienti? Et an Monachus laicus prohibuitur sit, ne praesint exercitiis? Et an praedicti Monachi laici possint praeliari, & pugnare suis manibus, immedie occidere, mutilare, & ducere exercitum, ac praesse iis, qui Machinas, vel tormenta bellica dirigunt, neque incurrant ullam irregularitatem, quoties bellum est necessarium ad defensionem propriae vitae, & personae, vel patriae, & boni communis, & ad obtinendam victoriam, à qua pax, & salus innocentium, & bonorum Ecclesiae dependet? Ex p. 6. t. 4. ex r. 34. & 36. & ex p. 9. t. 8. ex r. 64. alias 63. & in p. 10. t. 2. ex r. 2. Quae hic sunt infra in hoc ipsomet tom. 7. t. 7. de Bello r. 59. 61. 36. & 52

An quando varietas opinionum versatur inter Superiorem, & subditum, teneatur subditus obedire? Et an Superior possit iuste punire subditum non obedientem ductum ad id opinionem probabilis? Et an subditus possit non obedire praeccepto Superioris, quando probabiliter iudicat esse illicitum, vel extra iurisdictionem? Et notatur, quod si sub opinione probabilis est Superiorum non esse legitimum, subditum esse obligatum obedire. Ex p. 2. t. 13. ex r. 10. & in p. 4. t. 4. ex r. 31. Quae nunc inveniuntur in tom. 8. t. 1. de opinione probabilis r. 15. 16

An detractiones leves de aliquo apud Pralatum possint pervenire ad damnum grave, & peccatum mortale? Ex p. 10. t. 15. ex r. 17. Quae hic reperitur in tom. 8. t. 3. de Parvitate materia r. 16

An praecceptum Pralati de re levi, & in Ordine ad bonam gubernationem obliget sub solo peccato veniali, nam esset intolerabile, si posset Pralatus in omni materia etiam levissima obligare sub peccato mortali, nam solus Deus potest pro materia levi obligare ad mortale? Ex p. 5. t. 5. ex r. 24. Quae hic est in tom. 8. t. 4. de Voto r. 13

Nota, quod in praedicto tom. 8. & t. 4. de Voto, & Juramento, sunt multa alia difficultates pro Voto, & Juramento ingrediendi Religionem, & quamvis hic non assignemus Resolutiones in quibus sunt adscripta, facili me ibi illas reperies.

An Religiosus invasus possit licite invadente se occidere, cum liberum sit illi fuga evadere, quia fuga non esset illi dedecorosa? Et an Religiosus licet occidere aliquem pro defensione honoris, vel an teneatur fugere? Et an quis possit occidere Religiosum invasorem cum peccato nefando si aliter non potest se defendere? Et an licitum sit Religioso occidere invasorem pro defendendis propriis bonis? Et an Religiosus teneatur permittere sibi membrum secari, si Medici iudicet necessarium, & Superior id ei praecipiat? Et an Religiosus nolens fugere, si occidat invasorem, peccet contra iustitiam, ita ut teneatur ad restitutionem? Et an Religiosus non possit occidere sine peccato mortali



# Index Tractatum,

minaytem alapam, vel sustis ictum, &c. Et an liceat Religiosis aliquando occidere calumniatorem, crimina gravia de sua Religione spargentem? Idem est de Religioso in singulari. Ex p. 5. t. 4. ex r. 1. 2. 3. 6. 17. 32. & 49. & in p. 8. t. 7. ex r. 49. & 46. & in p. 7. tract. 10. ex r. 28. *Quae nunc inveniuntur in tom. 8. t. 5. de Homicidio ref. 1. 2. 20. 29. 57. 64. 65. 3. & 13.*

An peccet Praelatus, si alicui dederit licentiam accipiendi particulas aliquarum Reliquiarum? Et an de furtis Religiosorum non sit Philosophandum, ut de ceteris furtis? Et an Religiosi semper peccent venando, & teneantur animalia capta restituere? Ex p. 5. t. 5. ex r. 35. & 34. & in p. 9. t. 9. ex r. 40. *Quae hic reperiuntur in tom. 8. t. 7. de Furto, & Restitutione r. 1. 2. & 55.*

An Religiosi, qui tenentur progredi in via professionis, peccent mortaliter, si nolent observare omnes Regulas Religionis, licet non obligent sub mortali? Ex p. 3. t. 6. ex r. 24. *Quae hic est in tom. 8. t. 10. r. 4.*

Nota, quod in tom. 9. t. 1. de Immunitate Ecclesiarum, & ejus pollutione, & reconciliatione, sunt multa difficultates pro Immunitate Ecclesiarum, Monasteriorum, & Grangiarum Regularium, & pro Immunitate Ecclesiae, qua gaudent ipsimet Regulares, Novitii, Apostatae, Moniales, &c. Et pro benedictione, & reconciliatione Ecclesiarum Regularium, quas difficultates ibi invenies in r. 8. 10. 22. 28. 32. 33. 36. 37. 38. 39. 78. 97. 107. & pro pollutione Ecclesiarum à r. 130. usque ad r. 140. & pro reconciliatione faciendi signata à Regularibus in r. 142. 143. & 144.

Similiter advertite, quod in praedicto tom. 9. t. 2. de Immunitate Ecclesiastica, sunt etiam plures quaestiones pro Immunitate Regularium, & illorum privilegio fori, & exemptione gabellarum, in quibus etiam agitur de Novitiis, Hostiis admissis ad Religionem, & de illis, qui assumpto aliquo Habitu Religioso adhibentur ad servitia Monialium, Tertiariorum, Eremitarum, Equitibus Militarum Ordinum, & tandem etiam de conservatoribus agitur, in r. 21. 37. 38. 102. 111. 156. 157. & à r. 162. usque ad r. 176. inclusivè, & in r. 220. 230. 262. 263. 264. 269. 270. 277. & 315. & non in aliis supradictis tractatibus.

Quam-nam potestatem habeat Cardinales in suis titulis, quae sunt Monasteria Regularium? Et an Cardinales Monasteria Monialium ingredi valeant? Et an hoc intelligendum sit de Cardinalibus protectoribus solum? Et an hoc post Bullam Gregorii XIII. possit amplecti? Et an Cardinalis Religiosus statim absolvatur à voto paupertatis, &c. & aliis votis, quae emittuntur in Religione praeter tria substantialia? Et de aliis difficultatibus agitur pro Cardinalibus Religiosis. Et an Episcopus Religiosus, si deponat Habitum suae Religionis, incidat in excommunicationem? Et an Cardinalis Religiosus possit esse compater in Baptismo, & Confirmatione? Et an in Religione possit in electione aliquis Religiosus suffragium suum negare? Et docetur esse prohibendum ingressum infantium intra septa Monialium. Et an excommunicatio contraria ex fractione Bullae Pii IV. & Greg. XV. de colloquutionibus, & Scripitionibus vetitis tempore Conclavis, si sit occulta, possit absolvi virtute privilegiorum Regularium? Et docetur, quod confirmatio privilegiorum facta uni Religioni, valet pro omnibus aliis. Et inseritur Corollarium in ordine ad Eminentissimos Cardinales Regulares. Et discutitur, an Episcopus Regularis amittat, nec possit uti privilegiis, quibus antea cum Religiosis utebatur; quod idem erit de Religioso ad Cardinalatum assumpto? Ex p. 5. t. 2. ex r. 60. 20. 64. 65. 66. & 67. & in p. 12. t. 2. ex r. 13. 16. 20. 26. 27. & 28. *Quae nunc inveniuntur in tom. 9. t. 7. de Cardinalibus r. 43. 44. 84. 85. 86. 87. 106. 109. 113. 119. 120. & 121.*

An olim aliquando Principes saeculares elegerint Abbatissas, Abbates, & Priores? Ex p. 10. t. 1. ex r. 5. & 8. *Quae hic sunt in tom. 9. t. 9. de pisco more eligendi Episcopos, r. etiam 5. & 8.*

## TRACTATUS II.

### De Cingulo Militari pro validitate Professionis Equitum Melitensium p. 241.

**A**N professio N. emissi in Religione Hierosolimitana, non sumpto prius ornamento Cinguli Militaris, fuerit invalida? Et inseritur, quod quando forma servanda est in aliquo actu, si deficiat, actus est nullus, & corrumpitur, & ideo forma specificè adimplenda est, & non per aquipollens. Et quaeritur, an in Religione Equitum Hierosolimitanorum sit de forma, ut Melites professionem emittens sit ornatus Cingulo Militari? Et quaeritur etiam, an Verbum Oportet, ex sua natura importet necessitatem, & praeceptum, vel tantum decentiam, & consilium? Et quid de aliis verbis imperativis? Et an forma censetur inducta à Statuto, si aliquid praeter jus commune continet, vel mandata aliquid facere certo modo? Et an quando lex de idat actum cum aliqua qualitate, non sufficiat facere actum absque illa qualitate; & ideo actus erit nullus? Et probatur Decretum irritans inducere formam, ita ut actus alter factus sit omnino nullus, Et au omnis lex, quae inducit solemnitatem aliquam, censenda est habere inclusam in se clausulam Decreti irritantis? Et an actus corruptus, quando deficit forma, etiam si non adsit Decretum irritans? Et asseritur professionem esse nullam ex defectu forma, etiam absque Decreto irritante. Et docetur, quod si aliquis profatur in aliqua religione, & si professionem annullet, non tenetur postea votum simplicis castitatis servare. Et probatur, quod quando consensus requiritur pro forma, si non currit ante, vel in ipso actu, actus erit nullus, quavis postea consensus sequatur, ut in alienatione rerum Ecclesiarum, & in licentia, & facultate testandi. Et advertitur quod professionem nullam non ratificat exercens actus professionum, dum assignatur causa suae professionis. Et quod tunc valet professio tacita, quando à principio ex parte Religionis professio fuit valida, ut si quis, v. g. emitteret professionem ex metu, vel sine voluntate profuturus tunc acta professio operatur, & non est opus nova acceptationis ex parte Religionis, si quis vero sit invalida ex parte profutentis, & Religionis. Et cur sim docetur, quod Statuta Religionis confirmata à Papa, dicuntur Statuta Papalia propter illam Papae confirmationem. Et an si quis emitteret professionem in aliqua Religione, si vestibus consuetis, non provide illa professio esset nulla? Et docetur non omnes caeremonias praescriptas in acceptatione professionum Religiosorum esse de substantia valoris. Et tandem quaeritur, an quando aliquid est, an forma inducta sit substantialis, vel accidentalis, praesumi debet substantialis. Ex part. 10. t. 10. Rel. unica. In qua continentur omnes istae difficultates posita pro titulo praecitatae Resolutionis ibid.

## TRACTATUS III.

### De paupertate Religiosa super Bullam Clem. VIII. de largitione munerum p. 249.

- A**N ista Bulla sit usu recepta, & adhuc obliget ad sui obligationem? Ex p. 1. t. 6. r. 1. ibid.
- Quod-nam sint fines, seu causa finalis huius constitutionis Clem. VIII. Ex part. 1. tract. 6. refol. 1. ibidem.
- An in ista Bulla Summus Pontifex condidit novum ius circa largitiones munerum Religiosorum? Ex p. 1. t. 6. r. 1. pag. 250



## & Resolutionum.

4. An cognitio quantitatis muneris largiendi spectet etiam ad Capitulum generale, vel ad eisdem Conventus, & Superiores spectare, & eorum arbitrio relinquere quantitatem doni largiendi? Ex p. 1. t. 6. r. 3. ibid.
5. Quam valoris debeant esse munera, ut licite fiant, & non sint contra hanc constitutionem? Ex part. 1. t. 6. r. 4. ibid.
6. An si Religiosus sine licentia sui Prælati præbeat munusculum duorum aureorum, incidat in poen. as huius constitutionis? Ex p. 1. t. 6. r. 5. p. 251
7. An Religiosus, qui celebrat aliquas Missas ad intentionem alicuius amici, sciens dictum amicum stipendium pro illis accipere, peccet contra pauperem, & includatur in Bulla Clem. VIII. Et an si Religiosus de sola licentia Superioris donare ea, qua acquisivit ex elemosinis Missarum, quos sibi intra annum conventus, sive Religio concedit? Ex p. 1. t. 6. r. 9. ibid.
8. An Religiosus, qui non accipit aliquod donum, sed rogat, ut detur amico, seu consanguineo, peccet contra pauperem, & contra hanc Bullam? Et an si Religiosus se habeat, ut intercessor apud Joannem, v. g. ut ipse Joannes nomine suo det Petro aliquam rem, peccet contra votum pauperem, & contra nostram constitutionem? Ex p. 1. t. 6. r. 8. ibid.
9. An Monialis, seu Religiosus cum licentia sui Prælati possit facere amico, seu cognato corporalia magni valoris, vel picturam, & non incidere in poen. as huius constitutionis? Et an doctrina huius questionis non sit applicanda, quando Religiosus facit primo picturam v. g. sumptibus Monasterii. Ex p. 1. t. 6. r. 6. p. 252
10. An Regularis faciens picturam, vel aliquod aliud pro amico frangat votum pauperem? Et alia notabilia circa hoc adducuntur in textu huius Resolutionis. Ex p. 7. t. 1. 1. & Misc. 2. r. 17. ibid.
11. An Religiosus possit dare leviora alterius generis, licet non sint de levibus comestibilibus, & ad devotionem pertinentibus concessis in hac Bulla? Et an casus excepti in hac Bulla extendantur ad alios similes? Et docetur, quod quantum per solas quinque causas donatio revocari potest, tamen idem potest ex aliis gravioribus causis, vel aque gravibus. Ex p. 1. t. 6. r. 7. p. 253
12. Quam elemosina, & pecunia possit Religiosus largiri in terminis huius Bullæ, & ad quem valorem ascendere possint? Ex p. 1. t. 6. r. 13. ibid.
13. An Religiosus possit sine licentia Prælati, & sine contraventione voti pauperem, & huius Bullæ largiri suam rationem, seu pirantiam? Ex p. 1. t. 6. r. 28. p. 254
14. An Religiosus sine peccato possit commodare, & mutuo dare aliquam, qua ipsi ad usum permittitur, etiam pecuniam, & non solum Religiosus professis eiusdem Monasterii, sed etiam exteris secularibus? Ex part. 1. t. 6. r. 37. ibid.
15. An Religiosus possit commutare etiam cum secularibus aliquas res, quando nullam iacturam patitur conventus? Ex p. 1. t. 6. r. 38. p. 255
16. An si Religiosus commutat aliquam cum secularibus peccet contra votum pauperem? Ex p. 7. t. 1. 1. & Misc. 2. r. 21. ibid.
17. Quidam Superior Regularis tempore, quo erat Prælati accepit pecuniam ab amico, quam postea subditis per multum tempus penes se retinuit, infcio Superiore, sed postea expendit cum eius licentia, qua situm à se fuit, an peccaverit? Et ex doctrina huius questionis inferitur potuisse confessorium Regularem absolvere a reservatis vigore facultatis obtente à Prælato præterito pro tempore sequenti, quo ipse non erat Superior Monasterii, vel Provincia? Ex p. 1. t. 8. & Misc. 8. r. 54. ibid.
18. An Religiosus possit recipere aliquid sine licentia Superioris, si habeat intentionem petendi dictam licentiam priusquam expendat illud? Et notatur, quod si talis Religiosus absolute recipiat, v. g. illa pecunia, sed ad breve tempus retineat, ut quia expectatur novus Prior, vel scribit statim Patri Generali, vel Provinciali pro licentia, peccat, ut tantum venia-

liter, que quidem sunt valde notanda, quia practicabilia.

- Ex part. 1. t. 6. r. 42. p. 257
19. An Religiosus peccet mortaliter, si per breve tempus retineat apud se rem donatam, quia vult petere licentiam à Provinciali, vel à novo Superiore? Et an Religiosus peccet contra pauperem accipiens rem aliquam ex Communitate, & loco publico pro usu temporali, ut deinde in eundem locum restituat? Ex p. 1. t. 1. Misc. 1. r. 19. ibid.
20. An si quis Religiosus accipiat ab amico aliqua comestibilia peccet contra votum pauperem? Ex p. 1. t. 6. r. 41. pag. 258
21. An frangat votum pauperem Religiosus, qui petit ab amico, ut deponat pecunias penes aliquem, vel apud ipsummet Religiosum, ut quando opus erit, petat facultatem utendi à Superiore Prælati? Ex p. 1. t. 6. r. 43. ibid.
22. An Religiosus, qui ab exteris suis Devotis nummos accipit, & infcio Prælati, necessarios libros emit, peccet peccato proprietatis, & contra veniam nostram Constitutionis, dummodo supradictos libros in cubiculo teneat palam expósitos, & omnibus obiectos? Ex p. 1. t. 6. r. 26. ibid.
23. An sit contra pauperem Religiosam, infcio Superiore, ex nummis à penitentibus acceptis libros emere, dummodo Religiosus expósitos illos in cubiculo teneat? Et an sit contra votum pauperem Religiosum in depositum res accipere, ita ut possit usi uti petita postea, & impetrata Superioris licentia? Et an Religiosus non peccet contra pauperem, si absque Superioris licentia accipiat pecuniam, ut ipse libere disponat de illa in elemosina nomine eius, qui dedit? Et an Religiosus, quæ ad suum usum concessa sunt, ut v. g. Breviarium, aut vestem, possit cum aliis commutare domesticis, ino etiam cum exteris? Et cum Religiosus donat alteri, sive eiusdem, sive alterius Conventus, an requiratur licentia tam in dante, quam in recipiente? Et an sit probabilis opinio, quæ docet Religiosum habentem licentiam expendendi aliquam pecuniam in usus, qui sibi placuerint, si in usus turpes expendat, non peccare contra votum pauperem, & accipiens non teneatur restituere? Ex p. 3. t. 2. r. 65. p. 259
24. An si Religiosus ab amico pecunias accipiat ad emendos libros, vel alia, si non occultet, sed palam in cella exponat, peccet contra votum pauperem? Idem à fortiori dicendum est, si accipiat ipsos libros. Ex p. 7. t. 1. 1. & Misc. 2. r. 19. ibid.
25. Parentes Monialium, vel Religiosorum præbentes illis magnam pecuniarum summam ad eorum, cui voluerint, beneplacitum disponendam, referendo tamen pro se dormitium, quaritur, an dicta Moniales, vel Religiosi illas disponendo peccent contra pauperem, & incidant in Bullam Clem. VIII. Ex p. 1. t. 6. r. 10. p. 260
26. An si quis det Religioso pecuniam ad ipsius usum libere, ut libuerit, disponendam, reservans sibi dominium talis pecunie, an Religiosus illa utendo votum pauperem frangat? Et quod de pecunia dicitur potest intelligi de quacunque re non consumptibili unico actu. Et quid de comestibilibus usi? Ex p. 7. t. 1. 1. & Misc. 2. r. 18. ibid.
27. An Religiosus peccet contra votum pauperem, & contra Bullam Clem. VIII. si absque Superioris licentia accipiat pecuniam ut ipse libere disponat in elemosinam nomine ipsius, qui dedit? Ex p. 1. t. 6. r. 19. p. 261
28. An Religiosus post Concilium Tridentinum possit habere peculium, id est redditus annuos ad nutum Superiorum revocabiles, & ad solos usus honestos & pios, idque ex causa legitima? Et docetur Declarationes Cardinalium esse tantum doctrinales, & non decessivas, & non esse necessarium standum illis. Ex p. 1. t. 6. r. 52. ibid.
29. An Religiosus de annuis redditibus ex Superioris licentia ad usum suum concessis sine aliqua restrictione possit libere parcius vivendo alius donare? Ex p. 1. t. 6. r. 19. p. 262
30. An in hac Bulla prohibeantur donationes, quæ sunt partim intellectus, ut Conciones, lectiones, & huiusmodi scripta? Ex p. 1. t. 6. r. 25. ibid.



# Index Tractatum,

31. *An qui transit ad aliam Religionem, possit secum deferre scripta, vel libros à se compositos?* Ex p. 3. t. 2. r. 63. ib.
32. *An si Religiosus largiatur munera alteri Religioso, incidat in penas huius Bullae?* Ex p. 1. t. 6. r. 18. p. 263
33. *An si in aliquo speciali casu Religiosus largiendo munera dec assiparet bona Religionis, nec tale donum, ulla fuerit ambitio, occasione, incidet in penas huius Bullae? Et explanatur, quod quando cessat finis adaequatus legis in particulari, cessat obligatio legis.* Ex p. 1. t. 6. r. 3. ibid.
34. *An Religiosus possit præbere aliquod munus Religioso eiusdem Monasterii? Et an hoc etiam extendatur non solum ad Religiosos eiusdem Monasterii, sed etiam ad alios Religiosos eiusdem Religionis? Et an res comestibiles recepte cum licentia Praelati possint dispensari in extraneos in magna quantitate, & non obstante quod sint magis pretii.* Ex p. 1. t. 6. r. 39. ibid.
35. *An si Religiosus det alteri Religioso eiusdem Monasterii libros, vel alia magni valoris, peccet contra votum paupertatis?* Ex part. 7. t. 1. & Misc. 2. r. 20. ibid.
36. *An quando Religiosus inter se largiuntur munera de rebus minoris, necessarium sit habere licentiam expressam, & in scriptis suorum Superiorum?* Ex p. 1. t. 6. r. 20. p. 264
37. *An dictam licentiam habere debeat Religiosus semper quoties vult donare?* Ex part. 1. t. 6. r. 21. ibid.
38. *An Religiosus, seu Monialis cum licentia tacita peccet mortaliter alienando, vel recipiendo aliquid clandestine, sciens illam modum clandestinum Superiori displiciturum? Et supponitur, ut Religiosus det, vel accipiat aliquid sine voti paupertatis f. actione sufficere tacita, vel probabiliter praesumptam Superioris voluntatem, etiam in eo casu, in quo posset expressa licentia postulari, & ob aliquem humanum respectum, vel pudorem, aut nonnullam difficultatem ad eundem Superiorem omittitur. Et an peccet mortaliter Monialis, quae Abbatissa visitanti cubicula aliquas res occultavit ob verecundiam?* Ex part. 1. t. 6. r. 3. 1. ibid.
39. *An licentia praesumpta liberet Regulares à votis paupertatis, etiam si Superiorem adire facile possint, vel differri? Et infertur, quod quoties ob praesumptivam voluntatem Domini possumus colligere illum non esse invitum; aut esse tantum invitum quoad modum, quia daret, si pereretur aliquid ab eo, aut non egre ferret, censendi non sunt peccare mortaliter fures, ut in uxore, filio, servo, famulo, & amicissimo. Et an Religiosus peccet mortaliter, si furentur ex bonis conventus octo, vel novem Reales.* Ex part. 6. t. 6. & Misc. 1. r. 58. p. 265
40. *Quanam quantitas requiratur, ut ea sine licentia Superioris usurpata à Religioso ad peccatum mortale deveniatur? Et quanam quantitas requiratur ex comestibilibus?* Ex p. 1. t. 6. r. 36. p. 266
41. *An Religiosus paulatim modica accipiens, vel expendens sine licentia Superioris peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem? Et ex doctrina huius questionis inferuntur aliqua alia circa hoc pertinentia ad furtum in secularibus, servis, & ancillis.* Ex p. 1. t. 6. r. 34. ibid.
42. *An Religiosus furans aliquid notabile ad usum fratris particularis, vel alicujus secularis incurrat in casum reservatum in Decreto Clem. VIII. Et advertitur, quod Superior alicujus Religionis non potest reservare furtum commissum à suo subdito de rebus alterius Religiosi, vel alicujus secularis.* Ex p. 1. t. 6. r. 44. p. 267
43. *An saltem Superior in tali casu possit reservare illud furtum, quatenus est peccatum proprietatis?* Ex part. 1. t. 6. r. 45. ibid.
44. *An Religiosus, qui sine licentia Praelati solet sumere aliqua bona Monasterii pertinentia ad Cibum, & potum, infringat votum paupertatis?* Ex p. 1. t. 6. r. 30. p. 268.
45. *An Religiosus, si ad proprium usum accipiat paulatim comestibilia, s. perveniat ad quantitatem notabilem peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem?* Ex p. 1. t. 6. r. 35. ib.
46. *An Religiosus peccet contra paupertatem sumendo aliquam rem de loco publico pro usu temporali, ut deinde in eundem locum restituat?* Ex p. 1. t. 6. r. 40. ibid.
47. *An donatio remuneratoria sit prohibenda in hac Bulla, ut Religiosus, seu Monialis largiendo aliquid donum in remunerationem contraveniat huic constitutioni? Et explanatur, quod donatio inter virum, & uxorem est prohibita, & non valet, etiam si sit remuneratoria.* Ex p. 1. t. 6. r. 15. ibid.
48. *An Religiosi, & Moniales possint largiri non solum dona equipollentia meritis, sed etiam ultra?* Ex p. 1. t. 6. r. 16. p. 269
49. *An liceat aliquid dare proprio loci ordinario ex causa benedictionis, vel susceptione habitus Religionis, seu professionis Monialium?* Ex p. 1. t. 6. r. 24. ibid.
50. *An Moniales cum licentia Abbatissae, seu Praelati possint præbere confessorio ultra justum stipendium assignatum aliquid amplius? Ex quo infertur, quod quando famulus servit Monasterio cum magna fidelitate, his etiam ultra salarium justum potest dari aliquid amplius, quia non est proprie donatio, sed beneficium remuneratio.* Ex p. 1. t. 6. r. 17. ibid.
51. *Verum Abbatissa possit concedere licentiam donandi Monialibus, quam potest Praelatus Regularis sibi Religiosis? Et an supra dicta Abbatissa possit concedere Monialibus licentiam habendi pecuniam, & facultatem conviviendi in propriis aedibus, quae propriis operibus acquirunt?* Ex p. 1. t. 6. r. 22. p. 270
52. *An Religiosus recipientes in Monasteriis aliqui non occasione transitus, vel devotionis, sed recreationis causa incidant in penas huius constitutionis Clem. VIII. Ex p. 1. t. 6. r. 14. ib.*
53. *An Novitii includantur in hac Bulla sub nomine Religiosorum? Et ex doctrina huius questionis infertur, quid Novitii possint confiteri coram omnibus confessoribus, ab Episcopo approbatis, & quod Novitii non incidant in casus servatos Superiori Religionum.* Ex p. 1. t. 6. r. 27. ibid.
54. *Verum Milites D. Jacobi, Alcantarae, Calatravae, & c. includantur in hac Bulla, ut sit illis interdictum donare? Ex quo deducitur, an praedicti Equites sint vere Religiosi, & gaudent exemptione gabellarum, & etiam Novitii?* Ex p. 1. t. 6. r. 23. ibid.
55. *An Equites commendatarii D. Joannis, D. Jacobi, Alcantarae, Calatravae, & c. instrumentis redditus bonorum suorum in usus illicitos, peccent contra paupertatem, & recipientes teneantur ad restitutionem? Et dicitur est de ceteris bonis acquisitis, donatis, & c. licet in morte non possint de illis usque Superioris licentia testari.* Ex p. 2. t. 15. & Misc. 1. r. 54. p. 271
56. *An commendatarii D. Joannis, D. Jacobi, Alcantarae, Calatravae, & c. possint dispendere de redditibus Ecclesiarum ad libitum sicut de bonis patrimonialibus sine fraude voti paupertatis?* Ex p. 5. t. 14. & Misc. 2. r. 94. p. 272
57. *An Equites Ierosolymitani, & alii Religiosi ordinis Militarium, valide aliquid exponant ludo? Et an sint omnino restitutioni lucrantes dictos Equites? Et an supra dicti Equites peccent contra paupertatem exponentes aliquid ludo, vel expendentes in alios usus illicitos, nec Superiores, nec consuetudo ordinis possit ad id facultatem validam facere?* Ex p. 7. t. 9. r. 17. ibid.
58. *An Religiosus, qui habet licentiam à Superiore generalem expendendi pecuniam, vel donandi aliquid, si hoc expendat in usus illicitos, peccet contra votum paupertatis, & recipientes teneantur ad restitutionem? Et hoc etiam frequenter potest accidere in Equitibus Ierosolymitanis. Et an Superior Supremus, vel totus Conventus non possit concedere facultatem illam, ut in usus illicitos expendat Religiosus pecuniam?* Ex p. 7. t. 11. & Misc. 2. r. 22. ibid.
59. *An Religiosus, qui ex licentia Superioris libere de aliquibus pecuniis possit dispendere, si illas insumat in ludis prohibitis, vel cum meretricibus peccet contra votum paupertatis, & accipientes teneantur ad restitutionem? Et an stando in opinione affirmativa, dictam pecuniam possit quis restituere eidem Religioso, vel teneatur restituere Monasterio? Idem est ascendum de ceteris aliis, qui ludere, vel alienare non possunt, ut de filiis familiaribus, servis, & uxoribus.* Ex p. 3. t. 2. r. 98. p. 273
60. *An si Religiosus habeat licentiam generalem expendendi aliquam quantitatem, possit valide illam ludo exponere? Et an qui ab illo talia lucrantur, teneantur ad aliquam*



# & Resolutionum.

quam restitutionem? Et notatur, quod si aliquis lucraretur magnam summam pecuniarum à Religioso, possit illum ei restituere, & non Monasterio. Idem in iurordicendum est de filio familiaris, uxore, &c. Ex p. 7. t. 9. r. 1. & ibid.

61. An Religiosus illicite ludendo si lucratur, teneatur restituere colludenti? Et que possit ludere? An possit ludere aliquod manu scriptum, celatum, pectum, vel aliam qualemcumque in quod habet dominium, &c. Sed maior difficultas est, si inquires, an qui lucratus est lectionem aliquot Missionum, possit pro illis accipere stipendium, an vero ille, qui perdidit illud accipere debeat? Et notatur posse Religiosum dare quacumque alteri Religioso eiusdem Monasterii, quin peccet contra pauperiam, & cum illo concertare de rebus ad usum concessis, &c. Ex part. 9. t. 6. & Misc. 1. r. 24. alias 25. p. 274.

62. Quo pacto Religiosus debeat restituere, si absque licentia Superioris bona aliqua secularibus donavit, aut in ludis, & cum meretricibus consumpsit? Ex p. 10. t. 12. & Misc. 2. r. 35. ibid.

63. Quidam vir Nobilis plura munera ob malum finem Moniali dederat, & aliqua ab ipsa acceptaverat, queritur, an de istis teneatur ad restitutionem? Et supponitur primo Regularem acquirentem rem illicite acquirere Monasterio. Secundo Regularem non posse expendere nummos in usus illicitos, & consequenter qui eos recipit, teneatur ad restitutionem. Et quia est dicendum & faciendum, si bona fide quis recipiat munera à Moniali, vel Religioso dante, crederetur de illis licite acquirere posse dominium? Et an talis restitutus possit fieri Monialis, vel Religioso danti? Et an si secularis daret aliquid Monacho non sibi retinendum, nec ad libitum consummandum, sed dandum famina, cum qua ipse Monachus fornicatur, si is de facto illud tradat faminae, hoc non teneatur restituere, cum illud conceatur non accepisse à Monacho, sed ab illo seculari? Et an quando Prelatus Regularis dat subdito plenam, ac liberam facultatem expendendi aliquid pro suo libito, si ex usu illicito, vel licito famina, vel abusu aliquid ab isto recipiat teneatur illud restituere? Et quid, si Prelatus dedit talem facultatem ad usum illicitum? Ex p. 10. t. 14. & Misc. 4. r. 14. alias 2. p. 275.

64. An Bulla Clem. VIII. prohibens largitionem munerum locum sibi vindicat, si Regularis, vel Monialis det elemosinam? Ex quo alii casus inferuntur, qui non includuntur in dicta Bulla Clem. VIII. Ex p. 11. t. 6. r. 11. p. 276.

65. An Religiosus tempore mortis cum licentia Superioris possit aliqua donare? Et ex doctrina huius Resolutionis inferuntur, an possit Prelatus dare licentiam Monacho scribenda scheda, qua disponat, quid de suis bonis faciendum sit post mortem eo animo, ut vim habeat testamenti, aut Codicilli ea dispositio? Et notatur, quod potest aliquid relinquere Monacho cum facultate temporis mortis disponendi de eo inter consanguineos, non per testamentum aliquod solenne, sed per electionem personarum, &c. Ex p. 5. t. 3. r. 128. ibid.

66. An Religiosus peccet mortaliter contra votum paupertatis, si recipiat pecunias secularium in depositum absque Superioris licentia? Et advertitur, quod si Religiosus mortuus proprietarius, privatus Ecclesiastica sepultura. Et queritur, an si Religiosus, (dummodo non sit Minorita), invenitur mortuus cum bursa denariorum, non sit statim privandus sepultura Ecclesiastica, quia iura non privant officio Altaris talem Monachum viventem cum pecunia, nisi quando prius monitus noluit dimittere? Et docetur, quod Religiosus, casu contingente, supradictum depositum pecuniarum secularium non admittat in vim depositi, sed solum in vim eiusdem familiaris custodiae, & sic erit immunis à scrupulo. Et an Religiosus recipiens aliquid considerabile à seculari cum intentione petendi licentiam à superiore, & si non concesserit, illud reddere, cui dedit, peccet mortaliter? Ex p. 10. t. 15. & Misc. 5. r. 40. ibid.

67. An Religiosus, qui ex improviso mortuus inventus est in cella cum marisupio denariorum, sit privandus Ecclesiastica

sepultura? Et quid si talis Religiosus sit Minorita? Et ad sit contra votum paupertatis accipere pecunias secularium in depositum? Ex p. 4. t. 4. & Misc. 1. r. 23. p. 277.

## Appendix ad alias paucas difficultates pertinentes ad hunc Tr. 3. de Paupertate Religiosa huius tom. 7.

**A**N Pontifex possit dispensare cum Regularibus superhabenda proprietate? Ex p. 8. t. 1. ex r. 73. Quae nunc invenitur in t. 3. t. 1. de Potestate Pontificis r. 78.

An quavis Superior interdicit elemosinas largiri, non videatur interdicit moderatas, & consuetas? Et de elemosinis faciendis à Prioribus Regularibus, Monasteriis, Episcopis Religiosis, Militibus D. Jacobi, Alcantaræ, & ceteram agitur in Resolutionibus hic assignandis. Ex part. 5. t. 8. ex r. 3. 2. 27. 30. 33. & in p. 4. t. 4. ex r. 158. Quae hic reperitur in t. 4. t. 7. de Elemosynar. 33. 23. 30. 32. & 31.

An Cardinales Religiosi statim solvantur à voto paupertatis? Et an Cardinales Religiosi recuperent facultatem testandi, & disponendi de rebus suis, quas ex professione Religionis amiserunt? Ex p. 5. t. 2. ex r. 64. alias 65. Quae hic sunt in tom. 9. t. 7. de Cardinalibus r. 84. & 85.

An Religiosus factus Episcopus sit liber ab observatione votorum, & efficiatur Dominus reddituum Ecclesiasticorum, & absolvatur à voto paupertatis, & possit libere testari de bonis patrimonialibus, & ex industria acquisitis? Ex p. 3. t. 2. ex r. 61. & 50. Quae hic sunt supra in hoc iplomet tom. 7. t. 1. de Regularibus r. 26. & 27.

An saltem Religiosus peccet mortaliter ludendo ludis prohibitis, & quid de Religiosis Episcopis? Et an possit lucrare, & perdere notabilem summam cum expressa Superioris licentia? Et in tali casu tam Pralatus, quam Religiosus an peccent mortaliter? Et an Religiosus possit aliquid ludo exponere? Ex p. 7. t. 9. ex r. 4. & 14. Quae nunc invenitur in tom. 6. t. 4. de Ludo r. 12. & 13.

An donatio Episcopi Religiosi ad usus prophanos non solum sit illicita, sed etiam invalida? Et an Superiores Regulares donare possint, & quanta summa à Prelatis Regularibus donari possit? Et an Religiosi subditi donare possint, & quomodo? Et quid de Beneficiario Religioso? Et an donationes Beneficariis Regularis in usus prophanos sint invalidae? Et an Monachi habentes beneficia in perpetuum ad libitum possint dispensare, & disponere de suis fructibus ad libitum, quemadmodum seculares disponunt de fructibus beneficiorum secularium? Et an Monachus, qui fecit professionem, & licite à Religione recedit, recipere bona Ecclesie collata contemplatione ingressus Religionis? Et an accipientes non possint iura conscientia retinere, quae acceperunt indebitè à Beneficiario Religioso? Et an Capucini, Minores, & PP. Societatis IESU possint succedere ab intestato? Et an donatio facta supradictis Religiosis, vel alicui Religioso particulari, non sit irrita, si facta sit per modum legati? Et an Commendatarius possit in suam concubina facere donationem? Ex p. 8. t. 6. ex r. 132. 12. 134. 133. 86. 104. & 83. Quae hic reperitur in t. 6. tr. 7. de Donationibus r. 9. 8. 7. 10. 76. 124. & 143.



## TRACTATUS IV.

### De Correctione fraterna, pag. 278.

1. **Q**UOTVPL EX sit Correctio. Ex part. 7. t. 3. r. 1. ibid.
2. Ad quam virtutem spectet correctio fraterna? Ex p. 7. r. 3. r. 2. p. 279.
3. An detur praeceptum de correctione fraterna? Ex p. 7. r. 3. r. 3. ibid.
4. An hoc praeceptum obliget sub mortali? Et notatur, quod quavis omisso correctionis de mort. libus





# Index Tractatum,

- ex genere mortalis, si potest fieri venialis ex imperfectione actus, & possit aliquando omitti. Ex p. 7. t. 3. r. 4. p. 279
5. Quando obliget hoc preceptum. Ex p. 7. t. 1. r. 5. p. 280
6. Quando omisso correctionis fraternae sit peccatum mortale? Et explanantur circumstantiae requisitae, ut preceptum correctionis obliget sub mortali. Et docetur, quando sit mortale audire, & non contradicere detrahenti, licet detractione ipsa non delectetur, qui audit. Ex p. 4. t. 4. & Misc. r. 228. ibid.
7. An ratione circumstantiarum emisso correctionis fraternae sit sapius tantum peccatum veniale, aut nullum? Ex p. 7. t. 3. r. 61. p. 281
8. An quis teneatur sub peccato veniali corrigere peccata venialia proximi? Et quid de Religiosis maxime de Prelatis Regularium, & Gubernatoribus Republicae, an isti sub mortali peccata venialia subditorum corrigere teneantur? Et an particulares Religiosi, sicut Prelati sub eodem onere corrigere fratres de peccato veniali teneantur? Ex p. 3. t. 2. r. 8. p. 282
9. An sit preceptum sub veniali corrigendi peccata venialia? Ex p. 7. t. 3. r. 7. p. 283
10. An in precepto correctionis fraternae detur parvitas materiae? Et docetur Prelatos Religionum peccare mortaliter, quando negligunt corrigere peccata venialia in suis Religionibus committi solita, si ex correctionis omissione disciplina Regularis immutatur. Ex p. 5. t. 5. r. 66. ibid.
11. An ut preceptum correctionis obliget, opus est, ut ad sit spes probabilis emendationis? Et an requiratur necessario fructum ex correctione statim sperare, vel sufficiat, si decursu temporis speretur? Ex p. 7. t. 3. r. 21. p. 284
12. An proximus sit corrigendus, si correctio initio obierit, sed postea proderit? Ex p. 7. t. 3. r. 23. ibid.
13. An ad advertendum damnum alienum teneatur quis corrigere aliquem, etiam si credat pejorem esse futurum? Ex p. 7. t. 3. r. 24. p. 285
14. An qui certo non sit peccatum fratris, teneatur illum corrigere? Et an in Prelatis sufficiat suspicio, vel dubia cognitio, ut teneantur sub mortali inquirere peccata subditorum ad correctionem faciendam? Et quid de aliis, an teneantur inquirere peccata occulta aliorum? Ex p. 7. t. 3. r. 6. p. 286
15. An in dubio quis teneatur adhibere correctionem fraternam, maxime quando dubium est, an correctio nocitura, vel profutura sit? Et quid, si peccatum sit dubium? Ex p. 4. t. 3. r. 72. p. 287
16. An in dubio teneatur quis adhibere correctionem? sed difficultas est, quando dubium est, an correctio nocitura, vel profutura sit? Et quid, si aequo probabile est quod correctio nocebit, ac quod proficiet? Ex p. 7. t. 3. r. 22. ibid.
17. An teneamur corrigere aliquem in dubio, an correctio sit profutura vel ob futura? Ex p. 3. t. 5. & Misc. r. 94. alias 93. p. 288
18. An teneamur adhibere correctionem, cum adest periculum nostri damni, & incommodi gravi? Et si leve dumtaxat immineret, an teneamur? Et quid, quando proximus est in peccato mortali, & nullum aliud est tempus, in quo possit adhiberi correctio, cum ex hypothesi sit iam jam mortuum? Ex p. 7. t. 3. r. 26. ibid.
19. An in extrema necessitate proximi teneamur illum corrigere cum proprio vitae periculo, vel cum gravi periculo amittendi honorem, vel statum? Ex quo etiam deducitur, an quis teneatur cum periculo vitae baptizare infantem in extremo vitae? Et quid in dicto casu de matre gravida, an teneatur permittere se secari, ut factus baptizetur? Et an adulto, cui difficultas est contritio, tamen est possibilis, cum periculo vitae obligatus quis sit Sacramenta ministrare? Ex p. 7. t. 3. r. 27. ibid.
20. An saltem Episcopi, Prelati, & alii Superiores teneantur in extrema necessitate proximi cum periculo vitae correctionem adhibere? Idem dicendum est de Magistratibus, quod attinet ad suum munus. Idem de Sacris Oratoribus. Et quid, si proximus non sit in extrema necessitate, sed in gravi? Ex part. 7. tract. 3. resolut. 28. pagin. 290
21. An Prelati, & Magistratus teneantur aliquando sub peccato mortali corrigere peccata venialia? Et an hoc etiam intelligatur de Episcopis? Et an etiam quivis privatus, praesertim si sit membrum illius Religionis, teneatur ad huiusmodi correctionem? Et an Prelati Religionum, qui sunt custodes caeremoniarum Religionis, teneantur contrarias consuetudines reprehendere, & abolere, si possint? Ex p. 7. t. 3. r. 8. p. 291
22. An Magistratus & Prelati teneantur ad correctionem subditorum non solum lege charitatis, sed etiam iustitiae? Et hac circumstantia, quod Prelatus, vel Magistratus negligant supradictam correctionem, an mutet speciem, vel tantum in eadem speciem notabiliter aggravet, ita ut supradicti teneantur aperire in confessione munus suum Sacerdotii illud ignoranti? Et an Magistratus, & Prelati in tali casu teneantur ad restitutionem tam stipendii illi parti correspondentis, quam damni inde sequenti? Ex p. 5. t. 1. 4. & Misc. 2. r. 95. p. 292
23. An Prelati, & Magistratus teneantur corrigere peccata mortalia ex iustitia? Ex quo inferretur, quod in confessione Prelatus, qui negligit salutem proximi sui, debet se accusare in specie, si fuit illi subditus, nisi aliunde confessarius id agnoscat. Et idem dicendum est de Patribus, Tutoribus, Dominis respectu mancipii, non tamen famuli ob salarium servientis, nisi sit domesticus, & conbarnalis. Ex p. 7. t. 3. r. 9. ibid.
24. An Prelati, & Magistratus debeant inquirere, & explorare vitam subditorum ad fraternaliter eos corrigendos? Et an ista obligatio oriatur principaliter ex precepto correctionis fraternae, an ex officio Prelati, Patrii, & Magistratus? Et an Prelati, & Magistratus teneantur exploratores designare, a quibus edocentur, quae sint apud suos crimina? Et an nullus privatus possit aliorum facta inquirere? Ex p. 7. t. 3. r. 10. p. 293
25. An Prelatus Regularis, vel alius Superior possit inquirere peccata occulta subditorum, ut illa corrigat fraternae, & quid de subditis? Et ex doctrina huius questionis inferretur, an sit licitum in confessione interrogare de complice, ut corrigatur. Ex p. 3. t. 2. r. 42. p. 295
26. An subditi teneantur suos Superiores corrigere? Et quid, si peccata sint publica, & scandalosa an tunc argui debeant etiam si nulla speretur emendatio? Ex part. 7. tract. 3. r. 15. ibid.
27. Concionatores tenentur corrigere publica peccata quantumvis non multum fiant de emendatione? Et an teneantur, vel sit eis licitum publice Principem, Praelatum, Superiores Ecclesiasticos, & Religiosos reprehendere? Ex p. 7. t. 3. r. 13. p. 296
28. An si concionatores corrigant in peccato, peccat mortaliter. Ex p. 7. t. 3. r. 14. p. 297
29. An iudices praesertim Ecclesiastici in peccato mortali existentes possint exercere correctionem iudicalem in aliis? Et an de iudicibus secularibus non sit difficultas? Ex p. 7. t. 3. r. 17. ibid.
30. An confessarius, ut Prelati possint mores penitentis inquirere? Ex p. 7. t. 3. r. 12. ibid.
31. An si quis v. g. videat Clericum ex oblivione involuntarii omittere officium vel aliquem comedere carnes in die ieiunii, &c. teneatur illos monere? Ex p. 9. t. 8. & Misc. 3. ex r. 48. §. 1. tantum p. 298
32. An Parentes, Domini, & mariti teneantur strictius ad correctionem. Ex p. 7. t. 3. r. 3. ibid.
33. An privatus teneatur vitam suam emendare, ut possit peccatum corrigere, quando ob peccatum ineptus efficitur ad correctionem? Et an saltem ob correctionem fraternam in casu extremae necessitatis non solum Prelati, sed etiam privati sint obligati penitere? Ex p. 7. t. 3. r. 16. ibid.
34. An licitum sit permittere alicui peccatum, ut melius corrigatur? Et an liceat differre correctionem eo sine, ut proximus oppressus peccatis ferventius respiciat, propriam miseriam cognoscendo? Ex p. 7. t. 3. r. 29. p. 299



## & Resolutionum.

35. An statim adhibenda sit correctio? Ex p. 7. tr. 3. r. 30. p. 330
36. An teneamur sepius ad correctionem? Ex p. 7. tr. 3. r. 32. ibid.
37. Quo ordine facienda sit correctio fraterna? Ex p. 7. tr. 3. r. 35. p. 304
38. An modus prescriptus à Domino Matth. 18. in facienda correctione contineat preceptum, vel consilium solum? Et an Ordo correctionis prescriptus à Domino semper sit sub precepto servandus? Ex p. 5. r. 13. & Misc. 1. r. 42. ibid.
39. An supradictus Ordo in correctione adhibenda cadat sub peccato? Et an aliquando potest quis incipere correctionem fraternam, relicto primo gradu, à secundo gradu, & aliquando relicto duobus à tertio gradu incipere? Ex p. 7. tr. 3. r. 36. p. 302
40. An supradictus Ordo in correctione semper cadat sub precepto? Et an aliquando potest quis incipere correctionem fraternam, relicto primo gradu, à secundo, & aliquando relicto duobus, à tertio, & dicere Pralato tanquam Patri? Ex p. 7. tr. 3. r. 39. p. 303
41. An ordo circa adhibitionem testium sit servandus quoad peccatum uni tantum notum? Ex p. 7. tr. 3. r. 37. p. 304
42. An quando delictum est occultum, teneatur ad correctionem fraternam quis adhibere testes, etiamsi illud peccatum antea non cognoverint? Ex p. 5. tract. 13. & Misc. 1. r. 41. ibid.
43. Quales testes adducendi sunt in secundo gradu correctionis, & in quem finem? Ex p. 7. tr. 3. r. 38. p. 305
44. An sit necessarium adhibere unum testem, aut duos in correctione fraterna? Et an quando peccatum scitur ab aliquibus, illi sunt adhibendi, & non alii testes? Ex p. 7. tr. 3. r. 54. ibid.
45. An qui in correctione testes adhibuit, teneatur adhuc alios adhibere? Et si peccatum ab aliquibus scitur, & coram illis potest sufficienter corrigi, illi sunt adhibendi, & non alii delicti ignari? Ex p. 7. tr. 3. r. 53. p. 306
46. An quis in correctione teneatur in testium numero gradatim ascendere, antequam Pralato denunciatur? Ex p. 7. tr. 3. r. 40. ibid.
47. Quando peccatum confidendum sit publicum, ut liceat premissis primo gradu private monitionis, corrigere publice coram aliis? Et quid, si possim private corrigere eum, qui publice peccavit, teneor-ne nihilominus arguere publice, aut Pralato denunciare? Ex p. 7. tr. 3. r. 41. ibid.
48. An quando peccatum est notorium notorietate facti, itaui non possit ulla tergiversatione celari, sit servandus ordo in correctione facienda, itaui praecedat secreta admonitio? Ex p. 7. tr. 3. r. 42. ibid.
49. An quando non speratur fructus ex correctione fraterna, sint adhibendi testes, vel his omissis recurrendum ad Superiorem? Ex p. 7. tr. 3. r. 43. p. 307.
50. An in religionibus sine praevia correctione fraterna peccatum occultum fratris possit quis denunciare Pralato tanquam Patri? Et an in tali casu possit Pralatus cum suis Consultoribus, si necessarium sit, agere de illo peccato? Et an doctrina supradicta quaestions procedat in aliqua religione, in qua adest statutum, ut qui noverit peccatum socii, denunciet Pralato, non praemissa correctione fraterna? Et notatur, quod non sit deveniendum ad denunciationem Evangelicam, & multo magis ad iudicalem, si antea non adhibeatur correctio fraterna? Ex p. 3. r. 1. r. 37. ibid.
51. An in religione sit licitum revelare Pralato ut Patri peccatum occultum fratris absque praevia correctione, quando melius sit per ipsam Pralatum correcturus? Et inferitur, quod quando Episcopi, visitatores, & Praelati Religiosorum, & alii superiores regulares, aut saeculares Ecclesiastici precipiunt sub excommunicatione ipso facto, ut scientes crimina intra certum terminum sibi revelent semper intelligendum esse servato ordine correctionis fraterne, alias non est illis obediendum. Et si aliquis Pra-
- latus expressè praecipiat contra hunc ordinem, & ipse peccabit precipiens, & obediens? Ex p. 7. tr. 3. r. 44. p. 308
52. An sit licita constitutio Societatis IESV, quod deferantur peccata fratrum Pralato ut Patri absque praevia correctione? Ex p. 7. tr. 3. r. 45. p. 310
53. Stando in opinione, quod licitum sit absque praevia correctione deferre delicta fratrum Pralato ut Patri, queritur, quid possit facere Pralatus cum subdito sic delato? Ex p. 7. tr. 3. r. 46. p. 311
54. An si frater sit emendatus, possit quis illum Pralato ut Patri denunciare, ut sic securior sit, ne in posterum labatur? Et quid, quando adsit periculum relapsus? Ex p. 7. tr. 2. r. 49. p. 312
55. An saltem in Societate IESV frater emendatus sit denunciandus Pralato, ut sic securus sit à recidiva? Ex p. 7. tr. 3. r. 50. ibid.
56. An correctio sit facienda de peccato habituali, si non est periculum labendi? Ex quo inferitur, an peccator, non statim ac peccat, teneatur de peccato conteri, sed cum aliqua latitudine temporis, & in articulo mortis? Ex p. 7. tr. 3. r. 11. p. 313
57. An quis teneatur corrigere peccatorem alia ratione emendandum? Ex p. 7. tr. 3. r. 25. p. 314
58. An testium inductio debeat praecedere denunciationem publicam? Et difficultas est, si proximus in correctione obduraverit, utrum sint adhibendi? Ex p. 7. tr. 3. r. 56. p. 315
59. An idem dicendum sit, si procedatur via accusationis, itaui in tali casu possit fieri accusatio sine praevia correctione? Et distinguitur inter viam accusationis, & denunciationis? Ex p. 7. tr. 3. r. 57. ibid.
60. An ordo correctionis non solum in foro conscientiae, sed etiam in foro externo sit observandus? Et an si Pralato, vel iudici constaret injuriam fieri reo, eo quod denunciatur, vel accusatur, non praemissa admonitione, quando debita est, teneatur, quantum potest commode, denunciationem, & accusationem impedire, & conari, ut Evangelicus ordo servetur? Ex p. 7. tr. 3. r. 58. p. 316
61. An aliquando Pralatus possit ex denunciatione Paterna procedere ad iudicalem, maxime quando delictum esset in grave damnum Reipublicae, vel communitatis, aut alicuius innocentis? Et an in hoc casu possit Pralatus obligare denunciantem ad denunciandum judicialiter? & ipse denunciatus teneatur id facere, &c. Et in tali casu an denunciator adhibendus sit tanquam testis? Ex p. 7. tr. 3. r. 47. p. 317
62. An inter religiosos peccata carnalia occulta sint denuncianda Pralato ut iudici absque praevia correctione? Ex p. 7. tr. 3. r. 62. p. 318
63. An sit necessaria correctio fraterna ex peccatis etiam occultis, quae vergunt in damnum tertii? Ex p. 7. tr. 3. r. 51. ibid.
64. An quando praetermittitur correctio fraterna in delicto vergente in damnum tertii, & periculum non sit in mora, & speretur correctio, quis peccet contra iustitiam crimen tunc aperiendo? Ex p. 7. tr. 3. r. 52. p. 319
65. An quando proceditur via denunciationis iudicialis in delictis tendentibus in damnum communitatis sit praemittenda fraterna correctio? Et an in dicto casu sit contra iustitiam, & charitatem non praemittere correctionem fraternam? Et notatur, quod est magnum discrimen inter haec crimina, quando sunt omnino occulta, & improbabilia, & quando sunt occulta probabilia tamen. Etiamque advertitur delicta pertinentia ad S. Officium esse denuncianda etiamsi sint occulta, & probari non possint? Ex p. 7. tr. 3. r. 55. ibid.
66. Quando liceat Pralato procedere via iudiciali adversus denunciatum? Ex p. 7. tr. 3. r. 59. p. 320
67. An Rector, vel Prior alicuius Collegii, seu domus peccet manifestando Provinciali, vel Generali delictum occultum, si ipse potest absque tali manifestatione fratrem emendare? Ex p. 7. tr. 3. r. 48. p. 321
68. An quis teneatur ad correctionem, quando proximus delictum



# Index Tractatum,


- delictum non cognoscit? Et dubitatur, utrum peccata, que quis ignoranter committit, subsint precepto correctionis? Attendunt Praeati, & confessarii, & in aliquo casu etiam privati & valde in mente, & promptu teneant omnia, que deducuntur ex doctrina hujus resolutionis, & frequentis, que sunt valde notanda, & sapius in praxi contingentia? Ex p.7.t.3.r.18. p.321
69. Enumerantur aliqui casus in quibus laborantes ignorantia non sunt admonendi, si spes correctionis absit. Sed in promptu omnes confessarii habeant casus contentos in textu hujus resolutionis, quia saepe occurrunt in facto? Ex p.7.tr.3.ref.19. p.323
70. An teneamur corrumpere infideles? Et utrum Infideles ad corrigendos alios, sive fideles, sive infideles obligentur? Ex p.7.t.3.r.20. ibid.
71. An correctio adhibenda sit peccatoribus publicis, ut meretricibus, usurariis, &c. Ex p.7.tr.3.ref.33. p.324
72. Quidam vir timorata conscientia audivit detrahentem de re gravi, & non correxit, queritur, an à letali culpa excusari possit? Ex p.2.tr.17. & Misc.3.r.24. ibid.
73. An qui audivit detrahentem de aliorum criminibus, & non correxit, peccet mortaliter? Et quid in dicto casu, si audiens sit superior, vel grave damnum ex detractione sequaturum animadvertitur? Ex p.3.tr.5. & Misc.1.r.35. p.325
74. An correctio fraterna sit adhibenda, cum blasphemia est occulta, & non hereticalis? Ex p.7.t.3.r.60. ibid.

## Appendix ad alias paucas quaestiones, quae simul pertinent ad hunc tractat. 4. de correctione fraterna hujus tom.7.

- A**N si quis sciat aliquos contra Cardinales conspirasse & illos non denunciavit, incidat in excommunicationem etiam si per correctionem fraternam speretur emendatio? Ex p.5.t.2. ex ref.89. *Qua nunc invenitur in tom.9.tr.7. de Cardinalibus ref.81*
- An si quis sciat aliquos commississe delictum contentum in edito DD. Inquisitorum, denunciatio sit facienda sine correctione fraterna? Et quid, si peccatum est de crimine haeresis, vel de muliere in confessione sollicitata? Et an si dubium sit, utrum in talibus casibus correctio profutura sit, nec ne, sit etiam praemitenda correctio, vel potius facienda sit denunciatio? Et an si speretur correctio, penitens debeat denunciare confessarium sollicitantem? Et an haeretici sint denunciandi Inquisitoribus ante praeviam correctionem fraternam? Ex p.1.tr.4. ex ref.2. & in p.4.t.5. ex ref.24. & in p.7.tr.3. ex ref.63. *Qua hic reperitur in tom.5.tr.9. de denunciationibus ref.3.4. & 5*
- An si quis sciat aliquem violasse Bullam Greg. XIII. de datis, & promissis, antequam eum denunciaret, teneatur adhibere correctionem fraternam? Ex p.7.tr.4. ex r.12. *Qua hic est in tom.5.tr.7. de datis, & promissis r.60*
- An Clerici, & religiosi, si inspiciant notabili tempore ludos fortuna mortaliter peccaminosos, peccent mortaliter, si omittant corrigere, quando tenentur? Ex p.4.t.4. ex r.183. *Qua nunc invenitur in tom.6.tr.4. de Ludo ref.10*
- An peccata fornicationis inter regulares si semel, vel bis committantur, non dicatur vergere in perniciem publicam, & ita in casu fortiori de peccato nefando, haeresi, & sollicitatione, itaut in his criminibus adhibenda sit correctio fraterna, quando speratur? Ex p.3.t.2. ex r.69. *Qua hic est supra in hoc ipsomet tom.7.t.1. de regularibus r.240.*
- An liceat confessario interrogare de complice in confessione in ordine ad ipsius correctionem, & illam facere de licentia penitentis? Et an quando quis confitetur, liceat manifestare complicem, aut alterius peccatum, &c. Ex p.3.tr.4. ex r.112. aliàs 113. Et in p.5.tr.11. ex r.39. & in p.7.tr.3. ex r.34. *Qua nunc invenitur in tom.1.tr.8. de sigillo confessionis ref.47. 48. & 49*

Docetur absolute in omnibus casibus non esse complices reuelandos, quando quis cognovit correctos, & emendatos esse, vel si probabiliter cognoscat emendatos iri per solam correctionem fraternam, quod est valde notandum? Ex p.3.tr.5. ex ref.100. aliàs 99. *Qua hic reperitur in tom.6.tr.1. de Legibus r.99.*

An peccent Domini, si sint notabiliter negligentes in corrigendis servorum suorum peccatis, & in procurandis iis, que sunt necessaria ad salutem servorum? Ex p.7.tr.7. ex ref.48. aliàs 47. *Qua hic est infra in hoc ipsomet tom.7.tr.8. de Servis ref.42*



## TRACTATUS V.

### De Scandalo. p.325.

1. **Q**UO TYPLE X sit scandalum? Ex p.5.tr.7.r.1. ibid.
2. Utrum omne scandalum sit peccatum? Et quomodo scandala debeant explicari in confessione? Ex p.5.tr.7.r.2. p.326
3. An peccantes coram aliis excusentur aliquando à peccato mortali? Et an in casu, quo times à re alios scandalizatos esse, tenearis in confessione explicare numerum personarum, & speciem peccatorum? Ex p.5.tr.7.r.3. p.327
4. An sine scandali peccato possim redimere vexationem injustam in administratione sacramentorum praebendo pecuniam? Idem est pro audiendo in die festivo, & ministrando Eucharistia, &c. Et an hoc sit simonia? Et an in aliquo casu, v.g. infantis morituri sine Baptismo, non solum licitum sit offerre pecuniam pro eius administratione, sed teneat? Et late explanatur in quibus aliis diversis casibus hoc licitum possit fieri, si adsit necessitas gravis? Ex p.5.tr.7.r.16. ibid.
5. An sit differendus ingressus religionis propter scandalum, vel ut ne Parentes turbentur? Et utrum opera Consilii dimittenda sint propter scandalum ex malitia, aut ob scandalum ex infirmitate semel, aut iterum? Ex p.5.tr.7.r.23. p.328
6. An Clerici incedentes per civitatem in diebus Bachanaliibus Personati, vulgo Mascharati, peccent mortaliter peccato scandali? Et an etiam non solum Clerici, sed etiam religiosi incedentes Personati recreationis causa mori sine non peccent, neque quoad rationem scandali, neque quoad praecipuum iuris habitum Personatum illis prohibentem, neque quoad habitum dimissionem ad modicum tempus, neque quoad ludum larvarum? Et docetur, quod veniat ex sui materia omnibus est licitum etiam Ecclesiasticis, quibus interdicitur tantum illa, que est clamorosa, & affluens, non tamen sub mortali culpa ratione Ecclesiasticae precepti, nec ratione scandali, dummodo raro fiat? Ex p.10.t.13. & Misc.3.r.29. ibid.
7. An teneamur praetermittere aliquod praecipuum ad evitandum aliorum scandalum? Sed difficultas est cognoscere, quando praecipua sunt praetermittenda propter scandalum vitandum? Et in textu huius resolutionis multi casus adducuntur pro praxi praedicta difficultatis? Ex p.5.tr.7.ref.21. p.329
8. An mulier, si sciat se concupiscendam ab aliquo laico, teneatur non exire ad audiendum sacrum? Ex p.5.tr.7.ref.22. p.330
9. An femina ornans se secundum consuetudinem Patriae, si sciat ex hoc ornatum lascivum ab aliquo amari, peccet mortaliter se ornando, vel ex domo exiendo? Et quid, si ornatus esset superfluus & maximus, dummodo sit secundum morem Patriae? Ex p.2.t.15. & Misc.1.r.30. ibid.
10. An femina teneatur non se ornare, & in publicum exire ad evitandum aliorum scandalum? At vero, si hoc contingeret facere cum peccato veniali ostentationis inanis, queritur, an in hoc casu contrahat malitiam scandali? Et an excusentur femina à peccato veniens ornata, quo nuda peccaret, & mammillas ostendunt, si fiat hoc secundum morem Patriae.



## & Resolutionum.

- Patris, & absque ulla mala intentione?* Ex p. 5. tr. 7. r. 3. l. ibid.
11. *An ubi adest consuetudo, quod mulieres incedant pectore nudato, hoc non obstante peccent mortaliter?* Et an Principes, & Episcopi sub peccato mortali teneantur talem consuetudinem stirpare, & an tales femine à sacra Synaxi suspellenda sint? Et an mulier ita supersue ornata, & popellenda nudans pectora, & si nolet ornatum deponere, possit nudans absolvi in confessione? Et an in hac injuncta sit nihilominus absolvi in confessione? Et an in hac injuncta sit peccata femina nuditate possit dari leuita materia? Et notatur ornatum mulierum superfluum, & immoderatum esse illicitum, sed aliquando cum peccato veniali, aliquando vero cum mortali. Et an excessus ornamentorum immoderatus in pretio sit peccatum lethale? Et an saltem peccent mortaliter femina utendo vestibus pretiosis, & odoriferis? Idem est dicendum de ornamento superfluo, & immoderato virorum. Et tandem queritur, an semper peccent mortaliter femine, si incedant pectore nudato, ubi non est talis consuetudo? Ex p. 10. tr. 1. 2. & Misc. 1. r. 30. p. 332
12. *An femina Nobilis possit choreas ducere, si tunc aliquem in particulari arrepturum occationem peccandi?* Ex p. 5. tr. 7. r. 25. p. 335
13. *An sit licitum feminis uti vestibus virorum? Et quid est contra?* Ex p. 5. tr. 7. r. 32. l. ibid.
14. *An sit licitum in diebus festis occupare puellas in faciendis recamatoris? Ex quo deducitur, an pictura sit opus servile?* Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. r. 15. l. ibid.
15. *An sit peccatum mortale, si in omnibus horam opus servile, quis exerceat, v. g. per median horam opus servile? Et explanatur, si aliquis singulis diebus festis labores perspatium duarum horarum, non peccat mortaliter. Et si mulier notatur non esse peccatum mortale, si quis efficiat, ut multi eodem die, vel diversis festis magna parte temporis laborent, si omnium labor unatur, & singuli tantum modico tempore. Et an si quis distinctis diebus eodem festivo die servilia exerceat it. ut in singulis vicibus parum temporis infirmat, & totum tempus sit notabile, peccat mortaliter? Et an qui Templorum parietes tapetibus, & aneis ornant, possint hanc artem exercere in diebus festis sine peccato mortali? Et an puella laborans in diebus festis ad evitandum otium excusetur à peccato? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. r. 8. p. 336*
16. *An agones, seu miliones possint cum bestis, aut rhabdis oneratis iter inchoare in diebus festis? Et an qui per duas horas laborant in diebus festis, excusetur à peccato mortali ratione parvitatis materie? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. r. 36. l. ibid.*
17. *An in diebus festis detur parvitas materia in ordine ad opera servilia? Et an vendere calceos, vel alia humifmodi in diebus festis sit materia gravis ad peccatum? Et quid est dicendum, si res vendita esset magni momenti, & venditio aliqua solemnitate celebraretur, etiam si brevis tempore fiat, an sit hoc peccatum mortale, quod à fortiori militat in quolibet actu iudicii? Ex p. 5. tr. 5. r. 6. p. 337*
18. *An piscatio, aucupatio, & venatio sint licita in diebus festis? Et an iter agere sit opus servile, sive pedibus, sive equo fiat? Et an ex consuetudine viatoris excusetur à peccato? Et notatur, quod non sunt opera servilia quadam agnationes corporis, qua in saltationibus, choreis, & tripudiis consistunt, unde talia opera sunt licita in diebus festis non ratione consuetudinis, sed quia per se opera liberalia sunt? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 1. r. 22. l. ibid.*
19. *An Magistratus gladiatori, vulgo dicti Schermidori, possint illam docere in diebus festis? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 1. r. 230. l. ibid.*
20. *An Typographum, & picturam in diebus festis exercere sit licitum? Et notatur, sarrtores in diebus festis confidentes vestes pro aliquo finire, & c. & tonsores condentes, & puellas, & domicellas consuentes, vel alio modo laborantes non peccare. Et an iuramenta iudicialia sint prohibita in die festo? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 1. r. 62. p. 338*
21. *Solent rustici inter se in diebus festis, vel cum Dominis*

- celebrare contractus, quaritur, an Notarii, & ipsi contrahentes sine peccato possint hoc facere? Item queritur, an usus tonforum sit licitus, qui festis diebus tondent omnes, qui ad straminem accedunt? Et notatur, quod Summus Pontifex indulget in die festo piscationem halecum, que uno anni tempore transire solent. Et an similiter idem dicendum erit de piscatione aliorum piscium, qui simili modo certo anni tempore concludunt? Et an etiam idem dicendum erit de quovis alio lucro transitorio, quomodo libet repente occurrente? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. r. 34. l. ibid.*
22. *Notarii, commissarii, & alii Officiales Curie an possint in diebus festis acta transcribere? Idem queritur de illis, qui sermones Predicatorum, & allegationes Doctorum, ut vulgo dicitur, pro mercede copiant? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. r. 35. p. 339*
23. *An propter putatem licita sint opera servilia in diebus festis? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 1. r. 177. l. ibid.*
24. *An sit licitum in diebus festis computare cum operariis eorum mercedem, & solvere? Et an qui ex pietate liberant in gratiam Templi, & loci pii in diebus festis excusetur à peccato? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. r. 83. p. 340*
25. *An representationes sacre possint fieri in Ecclesiis? Et notatur aliquos Episcopos prohibuisse dictas representationes nullibi fieri posse absque eorum expressa licentia? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 1. r. 84. l. ibid.*
26. *Pueros à nonnullis confisariis quatuor sui, an comedis interesse tam quoad Clericos, quam quoad seculares, cessante scandalo, sit peccatum mortale? Idem dicendum est de illis, qui legunt libros, in quibus res turpes, & facinorae representantur? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. r. 35. l. ibid.*
27. *An audientes comedias peccent saltem mortaliter, quia ex eorum stipendiis aluntur hystriones, qui peccant, (ut suppono,) lascivas comedias representando? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. r. 81. l. ibid.*
28. *An audientes comedias obscenas, si non peccent mortaliter ratione periculi, peccent tamen peccato scandalis, quatenus sua presentia, & pecunia excitant hystriones ad recitandum? Et notatur nullum posse absque peccato scandalis alios invitare ad comedias, vel amatorias, vel quibus inhonesta Choria, & cantuula inferuntur, & c. Ex p. 1. tr. 1. & Misc. 5. r. 2. p. 341*
29. *An Magistratus permittendo recitationem comediarum peccent mortaliter? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. r. 82. p. 342*
30. *An aliquando quis non teneatur salutare inimicum, & possit ei mortem desiderare? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. r. 89. l. ibid.*
31. *An quis teneatur alloqui, salutare, & famulatum cum inimico habere, vel alia signa amicitiae ei ostendere, si ille hac omnia procurat? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. r. 62. l. ibid.*
32. *An si quis objicit alicui verum crimen occultum, possit illi respondere mentiris? Et an sit licitum contumelioso objicere alia crimina, ex quibus adstantes facile credant illum esse mendacem? Et docetur licere defensionem adversus objicientem crimen verum occultum, non obstantem ejus morte? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. r. 26. p. 343*
33. *Virum liceat respondere injuriantis, mentiris? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. r. 16. l. ibid.*
34. *An licitum sit suadere nimis malum ad evitandum minus? Et an hoc intelligatur in volente adulterium committere, suadere, ut cum tertia persona fornicetur? Et volenti furari Petro 100. aureos, consulere, v. g. ut furetur 50. Paulo? Et an quis possit suadere furi volenti furari Petro 100. & simul 50. Paulo, ut furetur 50. Paulo? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. r. 37. p. 344*
35. *An sit licitum sine peccato scandalis consulere malum ei, qui paratus non erat illud efficere? Ex p. 5. tr. 7. r. 18. l. ibid.*
36. *An sit licitum volenti subripere nummos pauperi consuleri, ut à divite subripiat, determinando etiam personam? Et an teneatur ratione hujus consilii restituere, si furtum alicui divitii factum sit? Et quid in dicto casu?*



# Index Tractatum,

- si persona dives firanda non determinaretur, an in tali casu, qui dederit consilium non peccet, nec teneatur aliquid diviti restitueret, si furtum sequatur? Et an licitum sit, quando qui proposuit committere majus furtum consulere, ut furetur minus ab eadem tamen persona, & in tali casu, an licitum sit cooperari cum illo, & adjuvare ad minus furtum, & secus in consilio abscessionis membri, ne committatur homicidium, quia in hac non licet cooperari ad abscessionem propter eundem finem? Ex p. 5. t. 7. r. 19. p. 345
37. An ad evitandum peccatum Tiri licitum sit provocare illum ad se inebriandum, cum hoc sit vera inducio ad malum, & scandalum activum? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. r. 43. p. 346
38. An si quis minaretur alicui mortem, nisi se vino oppleret, licitum sit se inebriare modo scandalum absit? Et an si quis ebrius fiat, ut Tyranni, vel hostis severitiam fugiat, peccet? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. r. 44. p. 347
39. An aliqua facta ebriorum non reputentur peccata, quae alioquin essent? Et an fornicatio in somno contingens, & praevisa sit necessario cavenda? Et quid si in ebrietate contingat? Sed inter alia, quae ex doctrina praedicta quaestiones inferuntur, ultimo quaeritur, si quis ante ebrietatem, vel antequam subsequantur talia peccata externa, confiteatur, & accuset se de causa data, an teneatur postea confiteri, si dicta peccata subsequantur? Et quid in supra dicto casu, si peccata illa commissi in ebrietate, si prior voluntas fuerit per poenitentiam interrupta, an inducant excommunicationem, irregularitatem, & restituendi obligationem? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. r. 52. p. 348
40. An qui edit usque ad vomitum, peccet mortaliter? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. r. 40. p. 349
41. An peccet offerens alicui occasionem peccandi propter aliquem bonum finem, v.g. apponere occasionem uxori, ne adulteretur, aut familia, ut furentur, ut sic deprehensi redispiciant? Ex p. 3. r. 5. & Misc. 1. r. 18. ibid.
42. His diebus interrogatus fui, an qui vulgo Sagitteri vocantur, possint conducere concubinam in domum amasii? Et quid est dicendum de aurigis deferentibus meretricem ab uno loco ad alium, quam scient illuc petere ad peccandum? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. r. 11. ibid.
43. Quis minabatur mortem famulo, si non deferret literas Dominae, in quibus ad peccandum provocabatur, quaesivit, an si hoc faceret, peccaret mortaliter? Et an idem dicendum sit de famulis scribentibus tantummodo huiusmodi literas? Et quid, si in dictis literis herus petat solus a concubina, ut tali hora ad se veniat, vel ad talem locum, an in tali casu possit tales literas deferre, vel ore hoc nunciare? Et quid de famulis, quos herus mittit famulam insequutos, ut videant, ubi habitat, vel id inquirant, &c. Et quid est sentendum de aurigis deferentibus meretricem de uno loco ad alium? Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. r. 46. ibid.
44. An ad evitandum grave damnum liceat famulis deferre literas amatorias concubinae Domini maxime si contineat verba turpia? Et quid de scribentibus supra dictas literas, quamvis non deferant? Idem dicendum est de scribentibus ad duellum provocantibus. Et quid de aliis, qui famuli non sunt, an egeant graviore causa ad honestandas tales actiones? Et an sit peccatum, quando famulus, vel ancilla juvat concubinam ad se ornandum, vel aperit ostium adultero venienti, suo hero jubente, vel juvat eum, ut ascendat per fenestram, vel sternit lectum, &c. Ex p. 5. tr. 7. r. 27. p. 350
45. An servi possint deferre literas amatorias ad concubinam Domini? Et quid de aliis operibus indifferentibus, quae ex iusta causa possunt servi ex mandato Domini exercere? Ex p. 7. tr. 7. r. 52. alias 51. p. 351
46. An possit famulus scalam apponere, vel sustinere Dominum ascendentem ad fenestram, ut rem habeat cum femina? Et aliqua alia circa hoc explanantur in textu huius resolutionis, quae facere, vel non facere famuli possint in similibus casibus cum Dominis? Ex p. 5. tract. 7. r. 28. ibid.
47. An liceat famulo conducere concubinam in domum heri, per januam intrmittere, lectum sternere, & similia? Ex p. 5. tr. 7. r. 29. p. 352
48. An ex aliqua iusta causa licitum sit commendare concubulum alicui petenti ad fornicandum, vel locare domum meretrici, etiamsi ob loci circumstantiam aliquis peccatum admitteret, vel si meretrix domum istam condonata plurimum feminis honestis vicinis noceret? Ex p. 3. r. 6. & Misc. 2. r. 45. ibid.
49. An liceat locare domum meretrici, vel usurario publico? Et an liceat locare domum meretricibus, vel usurariis carnis, quam locaretur honestis, vel etiamsi ea commode possit alteri locari, & alia circa hoc explanantur? Ex p. 5. tr. 7. r. 26. ibid.
50. An sit licitum donare judicis concubina, ut intercedat apud illum: quia ipsa pergeret ad colloquendum iudicem, & est mortale ratione scandalum, cum exponat se vehementissimo periculo peccandi, & alieni? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 1. r. 38. p. 353
51. An liceat petere a meretrice iudicis intercessionem in causa iusta apud iudicem? Ex ex doctrina huius quaestiones deinceps alii casus saepe contingentes in praxi. Et tandem inferitur faminam non peccare, quando agrum curandam se exponit medico, quamvis prudenter immet illum accepturum scandalum. Idem dicendum est de viro, qui possit a femina curari, quando non potest sine gravi incommodo id relinquere? Ex p. 5. tr. 7. r. 20. ibid.
52. An liceat sine scandalo solvere usuras? Ex p. 5. tr. 7. r. 12. p. 354
53. An qui sine causa deponit pecuniam pens usurarium, teneatur restituere usuras, quas mutuas accepit ex illa pecunia mutuata? Et an hoc sit peccatum scandalum? Et quid de locazione domus usurario? Ex p. 5. tr. 7. r. 11. ibid.
54. Vtrum quis possit sumere mutuum ab usurario sub usuris, non solum ad sublevandam necessitatem, sed etiam propter convivia, torneamenta, ludos otiosos, & similia iuxta exigentia proprii status? Ex quo inferitur, an eadem sit proposita ratio de hoc, ac de petente sacramentum a Ministro malo parato, quamvis sciat, fore, ut in peccato mortali ministret? Ex p. 1. r. 8. r. 31. ibid.
55. An sine causa honesta, petendo pecuniam mutuum ab usurario parato, sit peccatum mortale? Et quid est dicendum, si proximus non ex mera malitia, sed ex vehementi passione avaritia exigit usuras an in tali casu liceat petere mutuum sine honesta causa? Et an liceat petere ab usurario mutuum ad usuras expressas, & formaliter, v.g. dicendo, da mihi mutuum ad usuras? Et an licitum sit non solum petere ad usuram ab homine parato, sed etiam a non exercente usuras, licet agnoscamus esse periculum, ut eas ille velit? Et in §. 3. & ut. huius resolutionis adducitur, quae sint causa honesta petendi mutuum ab usurario? Ex p. 5. tr. 7. r. 8. p. 355
56. An liceat petere iuramentum ab aliquo, quando timet illum falsum iuramentum? Ex p. 5. tr. 7. r. 9. p. 356
57. An liceat persuadere alicui, ut iuret obiectum quidem verum, sed quod ille ignorat, v.g. Scholasticus, quando vult probare cursum, & Antoninus suam nobilitatem, &c. Ex p. 5. tr. 7. r. 10. ibid.
58. An sit licitum inducere Peirum ad iurandum de aliqua re, quam ipse ex ignorantia veram esse putat, licet re vera falsa sit? Ex p. 5. tr. 7. r. 14. p. 357
59. An famuli ministrantes Dominis carnes in die jejunii, vel cibaria in refectuncula peccent peccato scandalum? Ex p. 5. tr. 7. r. 13. ibid.
60. An possint petere a fuga, quae scit licite, & illicite solvere maleficium, ut illud solvat? Ex p. 5. tr. 7. r. 15. p. 358
61. An licitum sit pingere in agnem concubinae amasio? Et an sit causa gravis amissio lucris in tali pictura, vel transfarius sit metus mortis, aut vulneris, ut excusatur a mortalitate? Ex p. 5. tr. 7. r. 5. ibid.
62. An sit peccatum mortale pingere amasio imaginem concubinae? Et quid, si gravis metus mortis, vel excusationis pictori minatur, si talem non pingit imaginem?



## & Resolutionum.

63. An pictores pingentes imagines obscenas peccent mortaliter? Et quid de tenente illas? Et an hoc intelligatur tantum ratione scandalum tam activi, quam passivi? Et an mulieres, quae incedunt publice cum parte peccatoris, & mammillarum denudata peccent mortaliter, & non sint absolutae? Et quid, si hoc faciant juxta consuetudinem Patriae, & absque prava intentione? Et an tam superiores Ecclesiae, quam faciles teneantur sub mortali suppressione, & extirpare talē consuetudinem? Et an talis consuetudo excusetur à mortali ratione parvitas matris, vel simplicitatis, & ignorantiae? Ex p. 1. t. 4. & Misc. 4. t. 3. p. 359
64. An licitum sit pingere, vel fabricare Idolum ad evitandum Insuperstitionem, vel construere Synagogas Iudaorum, sacre rituum sacramentalium? Et ex doctrina hujus quaestionis inferri hystrionem gravissime peccare, & sine per se, (ut nunc hystrionem exercent,) in statu peccati mortalis? Ex p. 5. t. 7. r. 6. p. 361
65. An liceat vendere Gentilibus Idolum ad evitandum periculum mortis? Ex p. 5. t. 7. r. 6. p. 362
66. An liceat vendere Indis Agnum, quem scio ab ipsis immolandum, & quid de similibus venditionibus? Ex quo inferri, qua ratione sit licitum, vel illicitum consecrare, aut vendere res aliquas, quibus emptores creduntur ad peccandum abutari, ut vestes, arma, fucos, venena, &c. Ex p. 5. t. 7. r. 37. ibid.
67. An licite possit ministrare indifferentia, eo quod proximus, alias erat transgressurus pro peccato, ut v. g. admoovere scalam, vel humeros suscipere, quando quis vult surrari, aut hominem interficere, vel fornicari, aut vendere Agnum Infideli, quem scis velle ad immolandum Idolo, fucos mulieri, quos scis velle ad alliciendum juvenes ad turpem sui amorem, & etiam de canponibus, tabernariis, & similibus agitur? Ex p. 5. t. 7. r. 38. p. 363
68. An transire per loca Infidelium, & Haereticorum sit licitum comedere cibos vitios ad evitandum grave damnum absque scandalum? Ex p. 5. t. 7. r. 35. p. 364
69. Olim per epistolam quaesierunt à me, an in terris Turcarum, si quis utatur pileo Turcico cum Tobalia alba, ut securus transierit, peccet mortaliter? Et quid, si sequatur scandalum? Et inter alia, quae circa hoc, & circa vestes inferuntur, & circa caeremonias à icupis falsa secta, & religionis, tandem notatur licere vexilla signis consuetis Turcarum insignita in classe, vel exercitu erigere, etiamsi esset signum Martis, Palladis, aut Iovis, Solis, aut Luna, & etiam Mahometis. Etiamque notatur non semper pro acceptum de confitenda fide obligare ad respondendum Infideli interroganti, an aliquis sit Christianus, &c. Ex p. 3. t. 5. & Misc. 1. r. 49. ibid.
70. An ad evitandum morem, vel aliud gravissimum damnum aliquando sit licitum uti pileo pallio Iudaorum, vel Tobalia Turcarum? Et an Sacerdos Gentilis, & Turcicus ad fidem nostram conversus teneatur statim deponere vestes, quibus uti solet? Et an Catholicus Anglia descendo caribus diebus vetitis, veneris, & Quadragesima ad se occidendum, peccet? Ex p. 5. t. 7. r. 33. p. 365
71. An liceat exploratoribus, vulgo dictis Spiæ simulari in terris Infidelium se esse Turcas, ac vestibus praestantionis falsa secta uti, adive eorum Tempora, vesci caribus diebus vetitis in Ecclesiis, &c. Ex p. 8. t. 7. & Misc. 1. 3. ibid.
72. An instante necessitate licitum sit usurpare vestes, & signa Infidelium insintra ad cultum, & caeremonias falsa legis, & in quibus depictae sunt imagines Deorum, & in vexillis effigiem Mahometis, Luna, Martis, &c. Et quid faciendum sit ad evitandum aliorum scandalum in supradictis actionibus? Ex p. 5. t. 7. r. 34. p. 366
73. An Christiani remigantes in irremissibus Turcarum peccent mortaliter, & incidant in excommunicationem, ubi plures alios casus decisos invenies? Sed in hoc novo ordine fore omnes casus contentos in corpore hujus resolutionis in hoc etiam tractatu supra reperies in suis specialibus resolutionibus? Ex p. 3. t. 5. & Misc. 1. r. 36. ibid.

74. An remigantes, & captivi apud Turcas possint domos Christianorum perfringere, devastare, & bona subripere? Et an teneantur restituere damnum, quod ita dederint? Ex p. 5. t. 7. r. 30. p. 367
75. An Christiani mancipia Infidelium possint licite remigare in eorum irremissibus, vel eis aliqua obsequia ministrare? Et an teneantur restituere damnum, quod ita dederint? Ex quibus etiam deducuntur alii diversi casus saepius in praxi contingentes, pro supradictis mancipiis, in quibus servi possunt ministrare Dominis absque peccato? Ex p. 7. t. 7. r. 57. aliis 56. p. 368
76. An in obsidione alicujus civitatis, quando alius cibus non adest, licitum sit vesci caribus humanis? Et an gesta ex metu gravi excusent à peccato, ut v. g. an sit licitum captivis Christianis metu mortis nocentium ferre Christianis destruendo, vel captivando, & ad irremissas asportando, aut alia similia faciendo, vel admoovere scalam furari volenti, vendere, vel commodare enfem volenti alium occidere, &c. Et alii saepius casus valde notandi in textu hujus resolutionis explanantur, in quibus ministrantes ex metu gravi specialiter sacramenta excusantur à peccato? Ex p. 3. t. 6. & Misc. 2. r. 48. ibid.
77. An bona temporalia sint dimittenda propter scandalum? Et observatur excusari à peccato Pontificem, qui simulat, vel convivet, quando Princeps secularis usus bona temporalia Ecclesiae, si absque minori scandalo, vel damno potest id impedire? Ex p. 5. t. 7. r. 24. p. 369
78. Ad agenda, argue emendanda in hoc tract. 5. de Scandalo, quae apposta sunt in fine 5. part. secundum Ordinem R.P. Diana. p. 370.

### Appendix ad ceteras alias quaestiones, pertinentes simul ad hunc tractat. 5. de Scandalo hujus tom. 7.

- A**n licitum sit, & absque peccato mortali accipere sacramenta Penitentiae, &c. à malo Ministro, sed parato? Et an hoc licitum sit ex justa & rationabili causa tantum, vel etiam extra casum necessitatis dummodo Minister sit paratus? Ex p. 3. t. 4. ex r. 59. Quae nunc invenitur in tom. 1. t. 1. de Baptismo rel. 20
- An per accidens, ut ratione scandalum, omisso sacramenti Confirmationis sit peccatum mortali? Ex p. 3. t. 3. ex r. 25. Quae hic reperitur in tom. 1. t. 2. de Confirmat. r. 17
- Quidam confessus fuerat cum Sacerdote, quem sciebat esse in statu peccati mortali, habens commoditatem confitendi cum alio, quaritur, an peccaverit mortaliter, & confessio illa fuerit nulla? Et an quando ratione scandalum quis debet sumere Eucharistiam, & confessio est adeo longa, ut perficere non possit, & timeretur alium contritionis à penitente eliciendum non fore, esset in tali casu dimidanda confessio, & penitens absolvendus? Et an sacerdos, si post introitum Missae recordatur alicujus peccati mortalis, teneatur confiteri, si sine scandalo possit? Et quid dicendum in Missa solemni vulgo Cantata, si inter cantionem, & concionem possit confiteri, an sit obligatus ad hoc faciendum? Idem est de laico ad linteam Altaris parato communicare, etiam seclusa nota, & scandalo? Ex p. 4. t. 4. ex r. 21. & in p. 5. t. 14. ex r. 3. & in p. 3. t. 4. ex r. 48. & 77. & in p. 9. t. 3. ex r. 7. Quae hic sunt in tom. 1. t. 3. de Penitentia rel. 44. 125. 161. 163. & 162
- An moribundus possit, quando alius non adest, petere à sacerdote excommunicato, haeretico, schismatico, &c. absolutionem, etiamsi sciat supradictos cum peccato sacramentum administratos? Ex p. 5. t. 3. ex r. 58. Quae nunc invenitur in tom. 1. t. 4. de absolutione sacramentali rel. 40
- An in scandalo indirecto duplex virtus solentur, sed in ordine ad confessionem suam sit, si exprimas species peccatorum, cujus occasionem absque justa causa praebuisse? Ex part. 10. tract. 12. ex resol. 29. Quae hic reperitur



# Index Tractatum,

reperietur in tom. 1. tract. 7. de circumstantiis ref. 26.

An Parochus ex consuetudine possit dispensare in obseruatione festorum, & in ieiuniis, quamvis si attendatur ius precisè hoc facere non possit? Ex p. 8. tract. 3. ex r. 11. *Qua hic est* in tom. 3. t. 2. de dispensatione r. 25.

An Episcopus sine consensu populi possit instituire dies festos? Et quid, si instituat diem festum alicujus beati nondum canonizati? Et si populus sine iusta causa contradiceret, tunc contradictione non obstante, an sit seruandū festum? Ex p. 4. t. 4. ex r. 178. & in p. 3. tr. 5. ex r. 9. *Qua nunc inueniuntur* in tom. 3. tr. 3. de Episcopis r. 89. & 90.

An Prælatus, qui per aliquod tempus exercet, v. g. munus gubernatoris teneatur seruare ieiunia, & dies festos illius loci? Quod idem accidit in scholaribus, famulis ad tempus seruientibus, & similibus, qui omnes ad Patriam redire semper cogitant, & de militibus, qui stant in presidio, aut fortialitiis. Et quid est sentiendum de aduenis, peregrinis, hospitibus, extraneis, & similibus ad quemcumque locum confluentibus, & ibidem per multos annos, aut per maiorem partem anni residentibus cum animo tamen ad Patriam redeundi, an legentur legibus, praeceptis, & consuetudinibus illius loci, vel secluso scandalo non teneantur ad ieiunia, festa colenda, Missam audiendam, &c. Et an qui dubitat, an hodie sit dies festus, vel dies ieiunii, teneatur ieiunare, & ab operibus seruilibus abstinere, & Missam audire? Et an peregrini, cuius presentia solum est in transitu per duos, vel tres dies teneantur ad ieiunia illius loci, &c. Idem est quoad festa loci, & Missam audiendam. Et an Episcopus possit punire eiusmodi peregrinos ieiunia, dies festos, & alias constitutiones loci non observantes? Et an id, quod de peregrinis dictum est, etiam dicendum sit de viatoribus aduenis, & vagis? Et an licitum sit ei, qui paratus est ad cenam invitare causa urbanitatis ad comedendum in die ieiunii? Et hac ratio est communis pluribus materiis. Et an Castellanus peccaret, si transiens per Galliam animalium intestina die Sabbathi comederet? Et an ciues Mediolanenses, qui Roma quatuor primis diebus Quadragesimae carnibus vescerentur, peccarent? Et an vendentes in diebus ieiuniorum cibos prohibitos peccent? Et an caupones, seu tabernarii proponentes cenam omnibus indifferenter in die ieiunii peccent mortaliter? Et difficultas est, quando creditur alterum à ieiunio non excusari? Et an parvulis ante septennium liceat ministrare carnes in diebus ieiunii, & quid de Paganis, & perpetuo amentibus? Et quid de pueris ante septennium, ubi adest consuetudo in contrarium? vel si pueri ante septennium doli capaces sint? Et an si quis violat cum labore diem Dominicum, in quo incidit alius dies festus, peccet dupliciter? Ex p. 10. tr. 13. ex r. 37. & in p. 4. tr. 3. ex r. 21. & in p. 1. t. 9. ex r. 2. & in p. 7. tr. 10. ex r. 32. & in p. 1. tr. 9. ex r. 38. & in p. 5. t. 7. ex r. 7. & in p. 1. t. 9. ex r. 42. 16. & 39. *Qua hic reperientur* in tom. 4. t. 6. de ieiunio ref. 39. 2. 46. 48. 125. 126. 67. 63. & 127.

An in diebus festis, & ieiuniis de precepto Episcopi possit quis laborare, & eius ieiunia non seruare in loco exempto posito intra eandem Diocesim ipsius Episcopi, v. g. in Monasteriis regularium, &c. Ex p. 10. tr. 14. ex r. 50. aliàs 48. *Qua hic est* in tom. 5. tr. 1. de Excommunicatione r. 86.

An laicus non interdictus, si sine scandalo audiat Missam, & Officia divina in loco interdicto, peccet mortaliter? Ex p. 5. tr. 10. ex r. 69. aliàs 68. *Qua nunc inueniuntur* in t. 5. t. 4. de interdicto ref. 3.

An Inquisitores possint procedere contra comedentes carnes in diebus prohibitis, vel non recipientes sacramentum Eucharistiae, & Penitentiae semel in anno? Ex p. 4. t. 8. ex r. 38. *Qua hic reperietur* in tom. 5. tr. 10. de Inquisitoribus r. 87.

An regulares teneantur seruare Festa ab Episcopo imposita? Et quid dicendum est si quis ex industria se transferat in alium locum, ubi laboret in die festo? Et an peregrini

teneantur seruare Festa, & ieiunia propria domicili? Et an liceat Roma, &c. famulari Iudeos, si non adest periculum peruersionis, quia tales seruitutes firmi sunt in lege? Ex p. 1. t. 10. ex r. 11. 13. & 14. & in p. 5. tr. 13. ex r. 11. *Qua hic sunt* in tom. 6. tr. 1. de legibus ref. 44. 47. 48. 126.

An Clerici teneantur seruare Festa, & ieiunia, si quae uigent ex consuetudine laicorum introducta? Ex p. 6. t. 5. ex r. 16. *Qua nunc inueniuntur* in tom. 6. tr. 2. de consuetudine ref. 23.

An Dominus post incursum caducitatem propria auctoritate possessionem rei emphyteutice apprehendere possit, si ad sit scandalum? Ex p. 10. tr. 16. ex ref. 58. *Qua hic reperietur* in tom. 6. tr. 3. de contractibus ref. 198.

An si quis uideat Clericum ex oblivione irvincibilis omittente Officium divinum, vel aliquem comedere carnes in die ieiunii, teneatur illos monere? Ex p. 9. tr. 8. ex r. 48. 51. *Qua hic est supra* in hoc ipsomet tom. 7. tr. 4. de correctione fraterna ref. 31.

An bellare in diebus festis sit per se licitum? Et si fiat bellum in die festo extra necessitatem, si Missa audiant, sit peccatum mortale? Et an in supra dicto casu excusetur à peccato, qui aggeribus, fossis, & uallo arcis, urbes, oppidave muniunt, & alia similia faciunt? Ex p. 4. t. 4. ex ref. 229. *Qua hic est infra* in hoc tom. 7. tr. 7. de bello ref. 42.

An licitum sit Dominis offerre carnes seruis Infidelibus in die ieiunii, vel illis imponere opera seruitutis in diebus festis? Et an serui teneantur obediare Dominis, si precipiant, ne audiant Missam, vel laborent in diebus festis? Idem est dicendum de perpetuo amentibus. Et an Christiani Infidelium serui possint licite prestare obsequium Dominis, quando intrant in Templū Idolorum? Et an ancilla Christiana à Paganis capta possit genua flectere una cum Dominis in Templo Idolorum genua flectenti, & se prosternente? Ex p. 7. t. 7. ex r. 59. 53. & 56. aliàs 58. 52. & 55. & in p. 5. t. 14. ex r. 7. *Qua hic sunt infra* in hoc ipsomet tom. 7. t. 8. de feruis r. 48. 50. 52. & 49.

An cessante scandalo possit iudex nunc secundum uiam, uel secundum alteram opinionem iudicare? Et si adest scandalum, quamvis peccaret, non tamen teneatur ad restitutionem? Ex p. 2. tr. 13. ex r. 3. *Qua nunc inueniuntur* in tom. 8. tr. 1. de opinione probabili ref. 20.

An si uir, & femina cohabitent cum manifesto periculo uoluntate libidinis, & separari non possint, sine ingenti scandalo, & periculo, an sit licitum una permanere cum eo periculo? Et an si aliqua mulier in choreis publicis sit se tangi per aliquo intentione mala, si tactus suum ex suo genere liciti, ut consortio manuum in choreis publicis, non peccet illos admittendo coram aliis? Ex p. 3. t. 6. ex r. 31. & in tr. 5. t. 2. *Qua hic reperientur* in tom. 8. tr. 6. de Luxuria ref. 4. & 12.

An liceat appellare adulterum, qui re appellauit suam? Et an tamen possit ei dicere, quod sit mendax, & etiam liceat crimen occultum verum proflare, quando id est necessarium ad tuendum honorem, & famam, quae alias amitteretur? Ex p. 9. tr. 9. ex r. 44. *Qua hic est* in tom. 8. tr. 1. de legibus ref. 89.

An comedere carnes crudas animalium sine necessitate sit peccatum mortale? Ex p. 8. tr. 7. ex r. 84. *Qua nunc inueniuntur* in tom. 8. tr. 10. ref. 9.

An iudex laicus possit punire saecularem sub protectione cuius prohibitionis, etiamsi habeat licentiam ab Episcopo in diebus festis laborandi? Ex p. 4. t. 1. ex r. 94. *Qua hic reperietur* in tom. 9. tr. 2. de Immunitate Ecclesiastica ref. 312.

An communicatio cum haereticis in mercatura, bello, & aliis negotiis politiciis sit illicita, & peccatum mortale, & incidatur in excommunicationem, si adest periculum peruersionis, aut scandalum? Ex p. 10. tr. addit. ex ref. 9. *Qua nunc inueniuntur* in tom. 9. tract. 13. de haereticis cum haereticis ref. etiam 9.



TRACTATUS VI.

De Comitibus, seu Parlamento Regni Siciliae, & Neapolis. Sed adverte, obsecro, amice Lector, quod multa resoluta huius Tract. deservierunt non solum pro isto Tract. de Parlamento, sed etiam mutatis mutandis pro aliis similibus casibus saepius occurrentibus in omnibus, & singulis aliis communitatibus, Capitulis, Congregationibus, Collegiis, & Universitatibus. p. 371.

- 1. De donativis, quae in Parlamento Regni Siciliae Serenissimo Regi tribuuntur, & de eorum iustitia. Et an supradicta donativa sint vera impositiones, ita ut debeant habere condiciones requisitas ad impositionem gabellarum? Ex p. 1. t. 3. r. 1. ibid.
- 2. Quanam condiciones requirantur, ad impositionem iustae gabellae, & donativi? Ex p. 1. t. 3. r. 2. p. 372
- 3. Quanam forma servanda sit in iusto tributo, & donativo? Vbi multa pro Parlamentariis, & Procuratoribus Curiarum explanantur? Ex p. 1. t. 3. r. 5. ibid.
- 4. An Rex, si culpa sua propter largitiones immoderatas, ludos, in iusta bella, &c. in egestate incidit, possit iuste imponere tributum, & Regnum illi donativum praeberere, quodquid sit de peccato Regis? Et notatur, quod Princeps in tali casu tenetur omnes sumptus parum necessarios excidere, & in posterum continere se a prodigalitatibus, & hac tenetur a confessoribus, & consiliariis Regis? Ex p. 1. t. 3. r. 4. p. 373
- 5. An intrantes in Parlamento possint credere Regi attestanti se esse in necessitate? Et quid, si moraliter aliud contrarium constat? Ex p. 1. t. 3. r. 1. ibid.
- 6. An assignare summam necessariam pro sustentatione Regis, vel regimine, & defensione Regni, spectet ad Parlamentum, vel hoc remittatur arbitrio Regis? Ex p. 1. t. 3. r. 12. ibid.
- 7. An si esse stipendium iustum assignatum ex patto inito cum ipso Rege, possit postea Parlamentum ex aliqua iusta causa praeberere donativum maius, & Rex imponere novum, vel antiquum augere tributum? Ex p. 1. t. 3. r. 13. ibid.
- 8. An pro imponendis tributis in hoc Regno Siciliae sufficiat tantum causa necessaria de iure communi? Ex p. 1. t. 3. r. 15. p. 374
- 9. Quam benigne Regnum Siciliae sit onerandum gabellis & donativis praeter ceteris Regnis? Ex p. 1. t. 3. r. 31. ibid.
- 10. An donativum, & tributum impositum alicui Regno propter bella, & sumptus, quos sustinet Rex in aliis Regnis, sit iustum? Ex p. 1. t. 3. r. 3. ibid.
- 11. An si donativum adhuc duraret, per multos annos, possit ex tunc pro tunc fieri alia nova prorogatio ad alios annos? Ex p. 1. t. 3. r. 24. p. 375
- 12. Vtrum, si ad sit iusta causa praebendi donativum, possint proreges illud extorquerere a Parlamentariis per vim, & metum? Ex p. 1. t. 3. r. 25. ibid.
- 13. An quando vassalli, & Universitates sunt multum oneratae, possint, & debeat Rex non imponere novum tributum, nec requirere donativum, sed numerum, vel suspendere gratias, & pensiones aliquibus assignatas? Ex p. 1. t. 3. r. 26. ibid.
- 14. Vtrum Episcopi, & Ecclesiastici teneantur vocati accedere ad Parlamentum, ita ut convenienter possint expelli a Regno tanquam inobedientes mandatis Regis? Ex p. 1. t. 3. r. 23. ibid.
- 15. Quam Theologi, & quomodo consulendi sunt a proregibus, & ab intrantibus in Parlamento pro resolutione iustitia donativi? Ex p. 1. t. 3. r. 32. p. 376

- 16. An intrantes in Parlamento quoad iustitiam donativi, & Ministri Regis quoad iustitiam tributorum teneantur sequi opinionem probabiliorem, probabili relicta? Ex quo sequitur, an iudex teneatur relinquere opinionem probabilem, & sequi probabiliorem? Ex p. 1. t. 3. r. 20. ibid.
- 17. An liceat in Parlamento exteris efficere regnicolas? Et explanatur, quod in magnum Regni utilitatem rediret, ut non exteri, sed natio ad beneficia assumantur? Ex p. 1. t. 3. r. 6. ibid.
- 18. An plures Universitates, & Barones Regni possint constituere unum, aut alterum in Procuratorem ad effectum intrandi in Parlamento? Ex p. 1. t. 3. r. 7. p. 377
- 19. An Procuratores in Parlamento sedere debeant: ubi eorum Barones sedere deberent, si in Parlamento adessent? Et an saltem inter Procuratores sit differentia, ut procedant secundum qualitatem suorum principalium? Ex p. 1. t. 3. r. 8. ibid.
- 20. An si aliquis intrat in Parlamento tanquam Procurator possit rogari substituere alterum in Procuratorem? Ex p. 1. t. 3. r. 8. ibid.
- 21. An Procuratores, & alii intrantes in Parlamento debeant proponere aliquid, licet ab illo, qui caput est Parliamenti, non proponatur? Ex p. 1. t. 3. r. 9. ibid.
- 22. An si aliquis Baro, v. g. qui habet etiam aliquam procuram alicuius Universitatis, possit in Parlamento dare diversas voces, ut Baro videlicet respondeo affirmativum, & ut Procurator negativum? Et infertur, quod confessarius, & responsor casuum conscientia potest uni iuxta unam opinionem probabilem, & alteri iuxta aliam consulere. Et quid dicendum est de indice in iudicando, & ferente sententiam, cessante scandalo? Ex p. 1. t. 3. r. 10. p. 378
- 23. An sufficiat ad donativum contribuendum, ut concurrat maior pars Congregatorum? Et docetur, quod in Parlamento huius Regni Siciliae opus est, ut brachium Ecclesiasticum semper concurrat? Ex p. 1. t. 3. r. 27. ibid.
- 24. Vtrum aliquis possit se subicere determinationi factae a maiori parte comitorum, licet ipse contrarium votum emisit? Sed difficultas vera est, quando maior pars conclusit aperte rem iniustam, an tunc, qui se subscripsit sententiae conclusae a maiori parte peccet mortaliter? Et explanatur licitum esse in moralibus sequi opinionem probabilem, probabiliore relicta, etiam & tutiori? Ex p. 1. t. 3. r. 30. ibid.
- 25. Vtrum in Parlamento postquam numerus sufficiens suffragatus fuit pro iniusto donativo, seu alia re, si aliquis postea concurrat, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem? Et an doctrina huius questionis sit applicanda in primis suffragantibus? Ex p. 1. t. 3. r. 16. p. 379
- 26. An qui prius tulit suffragium, antequam sufficiens numerus esset donativo iniquo suffragatus, teneatur ad restitutionem, etiamsi certo seriet sequentes in eandem partem inuros? Et quid faciendum est in us angustiis, possit ne aliquis in illo die abstinere a Parlamento? Ex p. 1. t. 3. r. 17. ibid.
- 27. An licitum sit aliquando ferre suffragium, quando iam conclusum est negotium iniustum? Et hac resolutio, & questio deservit pro omnibus Communitatibus, Capitulis, Collegiis, Parliamentis, Consiliariis, Examinatoribus Synodalibus, & pro omnibus aliis suffragium ferentibus in electionibus, & in aliis amplurimis casibus saepius occurrentibus in praesenti? Ex p. 1. t. 4. r. 5. ibid.
- 28. An quando in Parlamento a maiori parte certo scitur concludendum pro re aliqua iniusta, & iniquo donativo, possit aliquis pro illa die domi manere sine periculo peccati mortalis, & onere restitutionis? Ex p. 1. t. 3. r. 18. p. 380
- 29. An doctrina superioris resolutionis sit etiam applicanda in casu, quo non sufficeret maior pars ad concludendum, sed omnes singulati concurrere deberent? Ex quo etiam





# Index Tractatum,

- in textu huius resolutionis alii duo casus circa hoc inferuntur? Ex p.1.t.3. r.19. ibid.
30. An ferentes suffragium ad aliquod iniustum opus teneantur singuli restituere in integrum, ut v.g. in comitiis, seu Parlamento, si aliqui ferunt votum pro iniusto eribito? Idem est dicendum de pluribus eandem iniustitiam suadentibus, quando singulorum consilium sine aliorum consilio non fuisse efficax? Ex p.4. r.4. & Misc. r.79. p.381
31. An in Parlamento possint congregari tribuere aliqua donativa Domino proregi? Et dato quod licentia Regis adesset, ut Parlamentarii possint offerre donativum aliquod Proregi, an sufficeret major pars ad concludendum dictum donativum, vel debeant concurrere omnes Parlamentarii? Ex p.1.t.3. r.29. ibid.
32. An Regnicole habentes rationes probabiles de iniustitia donativi facti in Parlamento possint non solvere collectas, & vectigalia imposita ab Universitatibus, pro solvendo dicto donativo, etiamsi pro Rege, & iustitia donativi adsint alie rationes probabiles? Et an in tali casu defraudantes supradicta donativa, Collectas, & vectigalia teneantur ad restitutionem? Ex p.1. t.3. r.2.1. ibid.
33. An quando in Parlamento prebetur aliquod donativum pro custodia Regni, pro reparatio ne pontium, turrium, &c. teneantur Ecclesiastici contribuere? Et an saltem Ecclesiastici ad tales impositiones teneantur, quando non sufficiunt bona laicorum, interveniente licentia Pontificis, vel ad minus Episcopi, si de facili non daretur accessus ad Pontificem? Et aliqua alia explanantur pro bonis patrimonialibus Clericorum? Ex p.1. t.3. r.2.2. p.382
34. An si populares onus donativi sufferre non possunt, teneantur Barones Regni ad contribuendum? Ex p.1. t.3. r.26. p.383
35. Aliqua additamenta ad tractatum de Parlamento? Ex p.3. t.5. & Misc. r.79. aliis 78. ibid.
- An dubius suum ne suffragium conclusit rem iniustam, v.g. in aliquo Parlamento, teneatur ad restitutionem? Ex p.4. t.3. ex r.63. Que nunc invenitur in tom. 8. tr.2. de Conscientia dubia ref.18
- Non sunt alie difficultates in hoc toto opere pertinentes specialiter ad hunc tr.6. de Parlamento huius tom.7.

## TRACTATUS VII.

De Bello, & de aliquibus restitutionibus propter illud. Atque de prohibitione, ne Clerici, Episcopi, & Cardinales præsentent exercitiis. Et de potestate, aut iurisdictione Ecclesiastica, & quasi Episcopali Vicarii Generalis exercitus etiam agitur. p.384

1. **Q**UIS possit indicare bellum offensivum? Ex p.6. tr.4. ref.1. ibid.
2. An Papa in aliquo casu possit prohibere, ne Principes Christiani inter se pugnent? Ex p.6. t.4. r.2. ibid.
3. Que sunt cause iuste inferendi bellum? Ex p.6. tr.4. r.3. p.385
4. An datur bellum ex utraque parte iustum? Et aliquando bellantes non peccant, quia ex ignorantia invincibili procedunt? Et notatur, quod supradicta ignorantia facilis habet locum in subditis, & militibus? Ex p.6. t.4. r.24. ibid.
5. An Princeps dubius de iustitia belli possit bellum movere? Et quid est dicendum in casu, si Rex, licet dubitet, de possessione Regni, habet tamen maiorem propensionem, ut Regnum sit, v.g. Regis Gallie, an in tali casu debeat restituere saltem partem Regni? Ex p.4. tr.3. r.50. p.386
6. An qui bellum iniustum bona fide gessit, cognita iniustitia belli, teneatur resarcire omnia damna, que

- intulit? Ex part.6. tract.4. resolut. 30. ibid.
7. An si Princeps inferat bellum ex iusta causa sine ulla intentione bellum sit iniustum? Ex p.6. tr.4. r.4. ibid.
8. An Princeps habens iustam causam inferendum bellum si ex illo tamen in perniciem Regnorum maxima damna timerentur, possit adhuc illud indicare? Et an in tali casu Princeps teneatur ad restitutionem? Et an illicite moveatur bellum si minima subit spes victoria, vel acquiritur moralis certitudo victoria, ut bellum possit indicere? Ex p.6. tr.4. r.7. p.387
9. An si post incubatam bellum, si alius Princeps offerat congruam satisfactionem, bellum adhuc prosegui quæ possit? Ex p.6. tr.4. r.8. ibid.
10. Quam satisfactionem possit Princeps in bello petere? Ex p.6. tr.4. r.22. p.388
11. Si cum consensu Principis vassallus magnam inferret injuriam in alium Principem, qui tamen omnem injuriam satisfactionem respueret, nisi illius auctor ad eum more plectendum sibi daretur, quod alter Princeps negaret, an inquam, in tali casu bellum contra eum iuste indicere possit? Ex p.6. tr.4. r.6. ibid.
12. An aliquando licite possit negari transitum militum pro bello inferendo alicui Principi? Ex p.6. tr.4. r.5. p.289
13. An si Princeps impediatur mercaturam, peregrinationem, navigationem, transitum, &c. per sua Regna civibus alterius Regni possit alii Principes iuste contra illum bellum indicere? Et quid, si negetur exercitui transitus? Ex p.4. t.4. & Misc. r.74. ibid.
14. An licite possit inferri bellum Infidelibus propter solum Infidelitatem, maxime ex licentia Papa? Et quid si non permittant in suis Regnis Prædicatores Fidei? Et an non possit Papa constare exercitum ex Clericis, & Ecclesiasticis viris ad compescendum Infidelem, nisi alius intulerent in Ecclesiam damna? Et an potestas impediendi Principem Infidelem sit penes Reges, aut Regna, vel penes Papam tantum? Et an possit Ecclesia, & Principes Christiani mittere Prædicatores cum exercitu ad prædicandum Infidelibus? Ex p.6. tr.4. r.13. ibid.
15. An licitum sit inferre bellum Infidelibus committentibus Idololatriam, & violentibus inra naturalia, maxime si accedat auctoritas Summi Pontificis? Ex p.6. tr.4. r.16. p.390
16. An sit iustus titulus bellandi, si Infideles nolent excipere Prædicatores Fidei, sed illos occidant, & liberum transitum in alias Provincias ad prædicandum denegent? Et de septem aliis casibus agitur, pro quibus licitum est Infidelibus inferre bellum? Ex p.6. tr.4. r.17. p.391
17. An licite indicatur bellum Infidelibus ex titulo donativis obtenta à Pontifice de eorum Provinciis? Ex p.6. t.4. r.18. p.392
18. An licitum sit indicere bellum hereticis propter solum hæresim, nisi ab Ecclesia declarentur heretici? Ex p.6. t.4. r.19. ibid.
19. An heretici iusto bello capti fiant servi captivorum. Et resolutio huius dubii pendet ex illo, an hodie inter Christianos ius captivitatis cesset? Et alia curiosa evocata invenies. Et an militibus sit concessum ab hostibus emptionem, vel donationem accipere bona mobilia aliena? Et aliud pulchrum dubium in §. Sed in ordine, huius resolutionis explanatum invenies. Et deducitur, quod non potest Hostis Ecclesiasticos Gallos capere, nec Gallos Ecclesiasticos Hispanos, ac eorum bona abripere. Et quid est sciendum in dicto casu de bonis mercatorum tam à Gallicis sublati, &c. Ex p.1. t.3. & Misc. r.1. p.393
20. An sit licitum transire Tyranno aliquam Provinciam deflorandam ad tuendam Rempublicam? Et pro firmatâ doctrina huius questionis alia in exemplum adducuntur, & inferunt, quod quando Medicus, Chirurgus, vel alius exposuit se huic, vel alii periculo absque urgenti causa medendi pudentia famularum, &c. tunc est peccatum mortale, & alia secus? Ex p.1. t.3. tract.6. & Misc. ref.5. r. p.396



## & Resolutionum.

21. An aliquando sit licitum in bello obsides occidere? Ex p.6. tr.4. r.20. p.397
22. An licitum sit occidere obsides, quando adversarii non sunt promissis? Et an in tali casu qui occidunt obsides, dicantur innocentes occidere? Ex p.5. tr.4. r.35. p.398
23. An in bello licitum sit nisi infans, stratagemis, & sit standum promissis? Et quid, si fidem dedisses hosti non attendi infans, nisi forte coactus dedisses, quia tunc etiam firmatam juramento implere non debes? Ex p.6. tr.4. r.10. ibid.
24. An liceat totam civitatem militibus diripiendam dare? Ex p.6. tr.4. r.21. ibid.
25. An liceat in bello innocentes occidere? Et ad firmandam securitatem in futuro an liceat occidere nocentes, vel innocentes, quorum revelatio timetur? Et in principio huius resolutionis explanatur, qui sub nomine innocentes intelliguntur? Ex p.6. tr.4. r.11. ibid.
26. An bona innocentium possint in bello diripi, & devastari? Et an huiusmodi bona ipsi postea sint restituenda, praeterquam cum sint bona innocentium, qui ad Republicam habitalem non pertinent, ut bona Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, &c. Et an tali privilegio immunitatis gaudeant omnia bona, quorumcumque sint, si in Ecclesiam ad custodiam reponantur? Et an possit oppugnari Ecclesia, quando est inaccessibilibus, id est munita more castrorum, &c. Ex p.6. tr.4. r.12. p.399
27. An reliquiae in bello iusto possint abstrahi ab Ecclesia sine onere restitutionis? Et pro firmanda sententia huius questionis alii diversi casus adducuntur pro bonis Ecclesiae, & Ecclesiasticorum, & etiam laicorum, si tempore belli reponantur in Ecclesia, ita ut non possint ab illa extrahi, &c. sed iam omnes dicti casus in aliis specialibus resolutionibus sunt in hoc ipso tract. appositi? Ex p.1. tr.16. & Misc.6. r.7.4. p.400
28. An innocentes possint in servitutem redigi, sicut licet tradi infantes obsides inimico nolenti aliter a bello desistere? Et in 6. ult. huius resolutionis alii quatuor casus adducuntur? Ex p.6. tr.4. r.13. p.401
29. An capti in bello iusto possint fugere, etiam quando benigne a Domino suo tractantur, dummodo non fugiant animo evagandi, sed redeundi ad suos, & patriam repetendi? Et quid, si fidem servus dederit non fugiendi, & maxime si iuramentum adhibuisset? Et an supradicta maxime procedant ad Christianos a Turcis captos, qui non solum possunt fugere, sed etiam Dominorum suorum bona diripere, & in quacumque quantitate secum asportare? Ex p.6. tr.4. r.14. p.403
30. An capti in bello habito inter Christianos licite possint redimi, & in conscientia teneantur solvere pretium promissum suae redemptionis? Ex p.6. tr.7. & Misc.2. r.16. ibid.
31. An milites teneantur cum vite periculo non deserere arces, & stationem, alias obigentur omnia damna inde provenientia reparare? Et an possint relinquere castra sine lethali crimine? Et an non expedit, ut Duces faciles sint in concedenda licentia militibus discedendi, &c. Ex p.6. tr.4. r.15. p.404
32. An Principes possint concedere represalias, maxime concurrentibus sex conditionibus? Ex p.4. tract.4. & Misc. r.7.2. ibid.
33. Ad quem bona capta in bello pertineant? Et si bona, quae ab hostibus eripiuntur, sint furto sublata, an restituenda sint veris Dominis, vel possint milites illa sibi retinere? Et an si emptione, donatione, aut alia ratione aliquis ab hostibus accipiat aliquid, teneatur veris Dominis restituere, quod notandum est pro Catholicis Hollandis, qui aliquando ex praeda Indica aliqua a navis erant? Ex p.6. tr.4. r.13. p.405
34. An omnes milites alicuius exercitus depraedantes Urbem, teneantur insolidum ad restitutionem in integrum? Et an Dux vero teneatur ad totum, quod per milites illatum est? Ex p.3. tr.6. & Misc. r.1. r.87. alias 86. p.406
35. An gregarii milites iniuste invadentes, & depraedantes aliquam Urbem, teneantur insolidum restituere in integrum, vel an solum ad specialia nocentia, quae quisque intulit? Et an vero auctores belli, nempe Principes, & Consilarii teneantur integre restituere, & quilibet eorum alio omittere, & similiter speciales Duces, & Tribuni? Quae etiam, quid debeant facere milites, qui ignoranter pugnaverunt in causa belli iniusti, si subditi sunt, & quid, si subditi non sunt? Ex p.6. tract.4. r.13. p.407
36. An miles subditus possit militare in bello iniusto? Et an teneatur subditus inquirere iustitiam belli, dum est dubia negativè? Et an subditus indoctus, qui non possit discernere, quando sit causa iusta, aut dubia, teneatur semper obedire superiori praecipienti? Et quid est dicendum, si amicus, à quo Rex petit auxilium, dubitet de iustitia belli, possit ne illum iuvare? Ex p.9. tract.8. & Misc.3. r.64. alias 63. ibid.
37. An milites non subditi alicuius Principis teneantur inquirere iustitiam belli, quia milites subditi ad hoc non tenentur? Ex p.4. tr.4. & Misc. r.32. p.409
38. An miles extraneus, ut licite possit militare in exercitu alicuius Principis, teneatur examinare iustitiam belli? Et si tales milites postea comperiant à parte ipsorum bellum fuisse iniustum, teneantur restituere damna, quae dederunt? Ex p.1. r.1. r.5. & Misc.5. r.28. ibid.
39. An milites extranei dubitantes de iustitia belli possint sine peccato militare? Et an hoc etiam procedat cum militibus non extraneis, sed subditis? Et an capti in bello iniusto ex parte capientium, iniusto autem ex parte adversarii, ad suos possint fugere sine peccato, modo scandalii, & promissio absit? Ex p.3. r.5. & Misc. r.97. alias 96. p.410
40. An milites, sive subditi sint, sive non, dubitantes de iustitia belli, possint bellare? Et si postea cognoverint iniustitiam belli, quid teneantur restituere? Ex p.4. r.3. r.7. p.411
41. An milites, sive subditi sint, sive non teneantur examinare iustitiam belli? Ex p.6. tr.4. r.9. p.412
42. An bellare in diebus festis sit per se licitum? Et si fiat praelatio in die festo etiam extra necessitatem, (si Missa audiat,) an sit peccatum mortale? Et an in dicto casu etiam excusetur à peccato, qui aggeribus, fossa, & vallo arces, Urbes, oppidave munitur, & alia similia faciunt? Ex p.4. tr.4. & Misc. r.229. ibid.
43. Quo tempore sit licitum bellare? Et an in diebus festis, si necessitas poscat, & secus si non poscat, licitum sit bellare absque culpa peccati mortalis, si Missa non praetermittatur? Et an quando bellum est in provincia, teneatur milites ad audiendam Missam in die festo? Ex p.6. tr.4. r.32. ibid.
44. An secreta Principum, seu exercitus licitum sit revelare ad evitanda tormenta, & iacturam vitae? Et an liceat ad evitandum grave damnum alterius crimen occultum, & peccatum sibi sub secreto revelatum manifestare, etiam si illi inde mors imminet, aut infamia, modo illud secretum sine vi, & fraude ab eo acceptis? Et quid, sine causa supradictum crimen occultum, & peccatum proderat, an extra peccatum teneatur etiam ad restitutionem, si pro deposito aliquid accepit? Ex p.6. tr.6. & Misc.1. r.60. p.413
45. In quo peccent milites erga eos, apud quos commorantur? Et quid teneantur restituere? Et de aliquibus aliis agit in quibus peccent mortaliter milites si non obediunt Duci, vel Praefidi militiae? & quis, quid, & quibus in aliquibus aliis casibus tunc occurrentibus restituere teneantur? Ex p.6. tr.4. r.26. ibid.
46. De peccatis Ducum in exercitu regendo. Et an ipsi Praefidi Arcium possint pauciores milites in Arce ponere, quam à Principe constitutum fuerit? Idem queritur de Ducibus, & Capitaneis, qui cum in suis centuriis tot milites constitutos habere debeant, pauciores tamen retinent, ut stipendium aliorum ad suos usus convertant? Ex p.6. tr.4. r.27. p.414
47. De peccatis aliorum Officialium in exercitu commorantium? Ex p.6. tr.4. r.28. p.415



# Index Tractatum,

48. De peccatis Regum, & Principum, etiam si bellum iustum exercent in ordine ad Milites. Et an debeat Rex, & alii resarcire damna, quae inde fuerint sequuta? Ex p. 6. t. 4. r. 29. ibid.
49. His diebus Angli cum Turcibus dimicantes igne pulveri iniecerunt seque in mare commiserunt, cum magno irremedium damno, quae fuerunt tunc a me, an hoc facere licitum fuerit Christianis? Ex p. 6. t. 4. r. 26. p. 416
50. An Ducibus, & Militibus super naves, quae vulgo dicitur La Flota, quando alter manus in effugere non possint, licitum sit ignem adhibere, ut ipsi, & naves absumentur? Ex p. 6. t. 7. & Misc. 2. r. 48. ibid.
51. An Clerici, inconsulto Summo Pontifice, possint alicui exercitui praesse? Et an solo iure positivo & Ecclesiastico, vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia? Et an hac prohibito ad culpam mortalem obliget? Et difficultas est, contra quam virtutem sit huiusmodi peccatum? Ex p. 10. t. 2. r. 1. p. 417
52. An initiatus minoribus Ordinibus, Beneficiarius, & Monachi laici includantur in dicta prohibitione? Et an supradicti peccent mortaliter, vel tantum venialiter, si ad bellum procedant? Et an praedicti Clerici, Beneficiarii, & Monachi laici possint pugnare suis manibus, immediate occidere, mutilare, & ducere exercitum, ac praesse eis, qui machinas, vel tormenta bellica dirigunt; neque incurvere aliquam irregularitatem, quoties bellum est necessarium ad defensionem propriae vitae, vel personae & Patriae, & boni communis, & ad obrinendam Victoriam, a qua pax solum innocentium, & honorum Ecclesiae dependet? Et an hoc etiam sit prohibitum Episcopis, & Cardinalibus nondum in Sacris? Ex p. 10. t. 2. r. 2. ibid.
53. An sub ista prohibitione, ne Clerici praesint exercitiis, includantur Episcopi, vel Cardinales. Et quid est sentiendum de Episcopis Germaniae temporalem iurisdictionem obtinentibus, an possint bellum inire, exercitum conscribere, Ducem belli praeficere, & arma ad pugnandam Militibus dare? Et an quis possit impune occidere, vulnerare, & expoliare Clericum, Episcopum, vel Cardinalem in bello militarem, ac proinde nullam incurrat poenam, & excommunicationem, excepta irregularitate? Ex p. 10. t. 2. r. 3. p. 418
54. An liceat Episcopis esse Duces supremos in aliquo exercitu terrestri, vel maritimo? Et an solo iure positivo, vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia? Et explanantur gravissima poena Clericis pugnantibus imposita. Ex p. 6. t. 4. r. 33. p. 420
55. Quod abusus Episcoporum procedendi ad bella in Gallia ortum habuerit, ex Cardinali Baronio probatur. Ex p. 10. t. 2. r. 4. ibid.
56. Defunduntur aliqui Episcopi Hispani, qui ad bellum perrexerunt contra Cardinalem Baronium. Et quatuor opponuntur casus, in quibus ipsum ius naturale dicitur, quod Clerici pugnare possint absque Pontificis licentia. Ex p. 10. t. 2. r. 5. p. 421
57. Contra Gratianum posse Pontificem ex iusta tamen causa praebere licentiam, ut Clerici, Episcopi & Cardinales praesint exercitiis sine qua, quando, & quo pacto irregularitatem incurrant, demonstratur. Et an in hoc praeccepto possit solus Summus Pontifex dispensare ex eo, quod non sit Divinum, sed humanum? Et an si Pontifex absque rationabili causa dispensaret, licet factum teneret, non tamen recte faceret, sed peccaret? Sed adhuc superest difficultas, an si supradicti Clerici, Episcopi, & Cardinales praesint exercitiis, non solum peccarent mortaliter, sed incurverent irregularitatem, etiam si aliquem propria manu non occidant, nam Doctores communiter asserunt, praebendo pecuniam, consilium, opem, &c. in bello iniusto omnes effici irregulares? Et an iura noluerint pugnantes in bello iniusto esse irregulares nisi propria manu occidant? Ex p. 10. t. 2. r. 6. ibid.
58. An Clerici inter esse possint alicui exercitui excitando Milites generatim ad pugnam? Et an Clericus sine irregu-

laritatis periculo possit Milites in bello iniusto generatim ad percutiendum, & occidendum hostes, modo in particulari neminem occidis fudeat? Et quid de iis Clericis qui gubernant naves ad pugnam? Et obferunt Milites sine Clericis, sive laicos, qui sunt in parte propria exercitus, & qui moraliter censeri non possunt propter quos Milites animos ad occidendum addere, non essent regulares. Et utrum necessaria sit Clericis licentia Praelati ad existendum in exercitu absque irregularitate, vel tantum sit peccatum contra obedientiam? Et an Clerici, qui non pugnandi, sed spiritualiter adjuvandi causa bello inter sunt, spolia hostium perinde ac Milites accipere possint, & retinere, nisi contraria Supremi Ducis voluntate constet? Ex p. 10. t. 2. r. 7. p. 422

59. An Clerici constituti in Minoribus, vel Beneficiis licite possint pugnare, & ita faciendo peccent mortaliter? Et an Beneficiarius, si propria manu in bello aliquem occidat, vel mutilet, beneficium resignare debeat, vel dispensationem super irregularitatem impetrare? Et quid est dicendum de Religiosis laicis, & Monachis conversis, vel Choro participatis, an peccent pugnando propria manu? Et an Clerici in Minoribus militia se adscribendo peccent per se, & ex vi Decretorum Ecclesiae? Et quid si beneficium habeant, aut habitum, & tonsuram deserant propter scandalum? Ex p. 6. t. 4. r. 34. p. 423

60. An in aliquibus casibus licitum sit Clericis pugnare? Et explanantur casus, in quibus Clerici pugnantes, & occidentes non sint irregulares? Ex p. 6. t. 4. r. 35. ibid.

61. An Clerici sine Superioris licentia, & Episcopus sine licentia Pontificis Summi in aliquo casu possint bello inter esse absque peccato? Et an Religiosi subditi possint se conferre ad exercitum sine venia saltem tacita sui Superioris, quia in omnibus ab eius voluntate pendet? Ex p. 6. t. 4. r. 36. p. 424

62. An Clerici modo supra, licite bello assistentes spolia aduersariorum accipere, & retinere possint? Ex p. 6. t. 4. r. 37. ibid.

63. An Clerici assistentes in bello sine licentia Pontificis retineant restituere praedam captam, vel resarcire, si quod nocumentum inferunt? Ex p. 6. t. 4. r. 40. ibid.

64. An post victoriam Clerici inventi in exercitu hostili possint impune occidi, vel spoliari? Et notatur, quod si bellum iustum esset contra Praelatum Ecclesiasticum, possint Clerici etiam post partam victoriam spoliari. Et quid in quocunque bello, dum Clerici pugnant, possint occidi, & spoliari. Ex p. 9. t. 9. & Misc. 4. r. 9. ibid.

65. De potestate, & iurisdictione Ecclesiastica, & quasi Episcopali Vicarii Generalis exercitus. Et in textu huius Resolutionis explanatur, quando Milites gaudeant praedicta iurisdictione Vicarii Generalis exercitus in utroque foro, & quando subsint ordinariae iurisdictioni Episcopali. Et adducitur pulchrum & curiosum animum in §. ult. huius Resolutionis pro gaudentia Immunitate Ecclesiae a quodam Milite in exercitu, qui ad Ecclesiam, vel altare portatile exercitum confugerat pro quadam delicto, & Generalis Dux Castra in alium locum divertit iussu, ut ita rem capere, & plerumque possit. Sed vir doctus Societatis Jesu Episcopi vices in exercitu quoad spiritualia exercituum ad id rei Altare altaris admonens reo, ne cum a se removere permitteret donec in alio loco Altare poneret, & sic factum est, & Dux Generalis exercitus non est alicui capere reum, in parte Ecclesiae Immunitate gaudentem, et quod secum Aram deferret. Et cur sim deducitur Vicarium Generalem exercitus esse indicem, quando Milites deberent gaudere Immunitate Ecclesiae, si confugeret ad tentorium, in quo celebratur, vel ad Ecclesiam Castrorum. Ex p. 10. t. 15. & Misc. 1. r. 15. p. 425

## Appendix ad hanc paucas quaestiones pertinentes ad hunc tr. 7. de Bello huius tom. 7.

**A**n si duo Reges habeant ius probabile ad succedendum alicuius Regni possint illud armis occupare non expectata sententia iudicum? Et difficultas est, ad quam pertinet



neat in hac causa jus dicere? Et docetur, fante opinione probabili, posse Regem inferre bellum, atque Principi Regnum etiam ex opinione probabili possidere? Ex p. 9. t. 8. ex r. 70. alia 69. & in p. 2. t. 13. ex r. 8. *Quæ nunc inveniuntur in tom. 8. t. 1. de opinione probabili r. 18. & 17.*

An Prelati fœda à Rege tenentes teneantur in bello operari, & auxilium præstare secundum feudorum conditionem? Et an Rex possit præcipere Episcopis, & Abatibus sui Regni, ut cum ipso eant ad bellum? Et an sint excepti ab onere hostiandi Milites Patres, & Fratres Clericorum, dum una familia habitant? Et notatur Magister alius secularis non posse hospitare Milites in domibus Ecclesiasticorum personarum, quamvis laici locati? Ex p. 3. t. 1. ex r. 6. & in p. 4. t. 1. ex r. 32. *Quæ hic reperitur in tom. 9. t. 2. de Immunitate Ecclesiastica ref. 29. & 179.*

An expensa, quæ conceditur pro ingredienda Militia teneatur in legitimam? Et an miles, vel qui capitale crimen commissit possit donare? Et an miles possit in suam concubinam facere donationem? Ex p. 9. t. 8. ex r. 24. & in p. 8. t. 6. ex r. 5. & 83. *Quæ hic sunt in tom. 6. t. 7. de donationibus r. 43. 29. & 143.*

An qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa, teneatur posse hanc circumstantiam aperire in confessione? Et an quando civis tenetur ad præliandum, specialiter teneatur Duces, & milites, & si isti non præstentur an teneantur hanc circumstantiam aperire in confessione? Ex p. 1. t. 7. ex r. 6. 1. & 6. *Quæ nunc inveniuntur in tom. 1. t. 7. de circumstantiis r. 155. & 72.*

An miles, qui certo scit bellum esse iniustum, licet possit ad se defendendum occidere militem contrarii exercitus, à quo irraditur? Et an liceat occidere innocentem ad postulationem inimici, qui minatur Urbem exidium, nisi talis interimitur? Et an possit huiusmodi innocens, imo teneatur semetipsum tradere Tyranno id postulanti, pro salute Patrie? Et an ab ipsa Republica id possit præcipi, & si ipse innocens resistat, possit ab ipsa Republica occidi? Et an si iratus sit miles, possit in foro conscientie occidere invasorem? Ex p. 5. t. 4. ex r. 15. 23. & 9. *Quæ hic reperitur in tom. 8. t. 5. de homicidio r. 38. 39. & 2.*

An in obsidione alienigenis civitatis licitum sit vesci carnibus humanis, quando alius cibus non est? Et an Christiani mancipia Infidelium possint remigare in eorum vivariis, vel eis alia obsequia ministrare in bello contra Christianos? Ex p. 3. t. 6. ex r. 48. & in p. 7. t. 7. ex r. 57. alia 58. *Quæ hic sunt supra in hoc ipso tom. 7. t. 5. de scandalo ref. 76. & 75.*

Quibus modis quis efficiatur servus, & primo an iure belli, &c. Ex p. 7. t. 7. ex r. 5. *Quæ hic est infra in proximo seq. tract. de servis ref. etiam 5.*

An si manus, & surdus sit miles possit testari saltem ad pias causas? Ex p. 5. t. 6. ex r. 23. *Quæ nunc inveniuntur in tom. 6. t. 8. de Testamento r. 16.*

Nota, quod in prædicto tom. 6. & t. 8. de Testamento à r. 68. usque ad r. 89. inclusivè omnes sunt pro testamentis Militum, id est si ita casus misist occurrit illum in præcatis resolutionibus invenies, & non in aliis supra dictis tractatibus.

An incidunt in censurâ Bullæ Cœne deferentibus Infidelibus pecunia, merces, & vidualia tempore belli? Ex quo deducuntur alii diversi casus, qui contingere possunt in bello pro prædicta censura, vel si aliquis revelet, vel narret Infidelibus secretum, & consilia Republicæ Christianæ, & Regis Catholici, &c. Et an deferre arma Infidelibus, & instrumenta bellica sit prohibitum? Ex p. 9. t. 7. ex r. 16. & in p. 5. t. 13. ex r. 14. 15. & 13. *Quæ nunc inveniuntur in tom. 5. t. 1. de Excommunicatione r. 45. 47. 46. & 48.*

De transferentibus arma equos, &c. in terras Infidelium, & de penis, quibus puniuntur in S. Officio, si animo adjuvandi Infidèles, & Hæreticos in bello ad expugnandum Christianos hoc fecerint, & secus si lucrâdi, & negotiandi causa hoc egerint. Et an contra prædictos Inquisitores procedere possint? Ex p. 4. t. 7. ex r. 19. *Quæ hic reperitur*

in tom. 5. t. 12. de penis S. Inquisitionis ref. etiam 19.

An Clericus in bello iusto si inciderit ad aliquem determinate occidendum, sit irregularis? Et an Clerici, qui in gravi necessitate pugnant in bello, incurrant irregularitatem? Et quid est sentendum de Clericis & licentia Summi Pontificis bello assistentibus? Et an qui vendit arma, vel tributum, aut mutuat illa ad bellum iustum incurrat irregularitatem? Et quid, si præbeat arma offensiva in ipso consuetu belli, & quamvis sit Clericus in sacris? Et an milites pugnando in bello iniusto, si aliquem non occidant, remaneant tamen irregulares? Et quid de custodiens pugnantium sarcinas? Et an milites in bello iusto aggressivo fiant irregulares, quamvis suis manibus sanguinem non fundant, si alii mutant, vel occidunt? Et an milites in bello iusto, si occidant alios ad defendendam propriam vitam cum moderamine inculpata tutele incurrant irregularitatem? Et quid est dicendum de mandantibus, cooperantibus, animantibus, vel subministrantibus arma, &c. si bellum iustum sit aggressivum? Et an qui pugnant in bello iniusto, si dubitant, an occiderint, vel mutilaverint, debeant se indicare irregulares? Et an Clericus incurrat irregularitatem, si existens in exercitu det causam propinquam, horteturque non solum ad fortiter agendum, sed etiam ad occidendum, modo non hortetur, ut occidat hunc hostem in particulari? Et docetur posse Clericum esse à Consilio rerum bellicarum, sed cum aliquibus circumstantiis. Et an Clerici pugnantes, & percutientes in bello, dummodo aliquem non occidant, aut deformident, sint irregulares? Ex p. 5. t. 14. ex r. 98. & in p. 6. t. 4. ex r. 38. & in p. 4. t. 2. ex r. 28. 27. 29. 30. & 52. & in p. 3. t. 5. ex r. 72. & in p. 11. t. 8. ex r. 42. *Quæ hic sunt in tom. 5. tract. 5. de Irregularitate ref. 91. 93. 97. 99. 100. 101. 102. 102. & 109.*

An Episcopus possit dispensare vigore Concilii Tridentini in irregularitate contracta ex homicidio in bello iniusto, & maxime cum Clericis in sacris constitutis, ne mendiicare cogantur? Et quid, quoad beneficium obtinendum? Idem est de Prelatis regularibus habentibus privilegium? Ex p. 7. t. 2. ex r. 27. & in p. 4. t. 2. ex r. 100. *Quæ nunc inveniuntur in tom. 3. t. 3. de Episcopis r. 39. & 50.*

An quando committuntur vota per Bullam Cruciatam non solum vota divitum, sed etiam pauperum committenda sint in temporale aliquid belli subsidium per elemosinam? Et an qui ad bellum pergunt, possint lucrari Indulgentiam plenariam per Bullam Cruciatam toties, quoties peccaverint, & confessi fuerint? Ex p. 1. tract. 11. ex resolut. 21. & 109. *Quæ hic reperitur in tom. 4. t. 3. de Bulla Cruciatæ ref. 76. & 154.*

An possit absolvi à quocumque sacerdote ab omnibus reservatis, & censuris, qui coactus bellum aggredditur, & secus si ex voluntate propria id faceret? Ex p. 5. t. 3. ex r. 59. *Quæ hic est in tom. 1. t. 4. ref. 39.*



TRACTATUS VIII.

De Servis, & Mancipiis.

1. **Q**UO iure sit servitus introducta? Ex p. 7. t. 7. ref. 1. p. 427
2. **Q**uid sit servitus? Ex p. 7. t. 7. t. 2. p. 428
3. **V**nde veniat origo vocabuli servorum, & mancipiorum? Ex p. 7. t. 7. t. 3. p. 429
4. **Q**uamnam potestatem habeant Domini in servos? Et an liceat Domino servum suum pro arbitrio quam pecudum occidere? Et adducitur eandem olim fuisse Patrium quocumque in filiosfamilias potestatem? Ex p. 7. t. 7. t. 4. ibid.
5. **Q**uibus modis quis efficiatur servus, & primo, an iure belli? Et an fas sit Christianis, qui bellum iustum cum Christianis gerunt, Christianos bello acceptos detinere, non ut servos, sed ut ab illis, dum detinentur, sit securi & tui, & ut pecuniam aliquam iustam, & moderatam pro eorum



# Index Tractatum,

- liberare, & dimissione accipiant? Ex p.7. t.7. r.5. ibid.
6. An quis efficiatur servus ob delictum? Ex p.7. t.7. r.6. pag. 430
7. An quis efficiatur servus titulo venditionis? Et an liceat emere eum, qui se egestatis causa vendit? Ex p.7. t.7. r.7. ibid.
8. An sit licita emptio mancipiorum. Ethiopum fieri solita ab aliquibus in Angola, Guinea, & viridi Promontorio? Et docetur posse Parentes in necessitate constitutos filios vendere. Imo posse quemquam se ipsum vendere in eandem gravem necessitatem constitutum. Ex p.7. t.7. r.7. alias 70. p.431
9. An Pater, aut Mater in necessitate constituti possint vendere filium, aut permutare, vel alio quocumque contractu filium alienare? Et quid, si filius sit conjugatus, emancipatus, Sacris Ordinibus initiatus, aut Clericus? Et utrum si occurrat aequalis Patris necessitas cum nimia paupertate, & egestate, aut etiam major, ut si in servitium sit redigendus, aut occidendus, vel mutilandus, nisi filium vendat, seu sit Patri filium vendere? Et an in supra dictis casibus, de veniente postea Patre in pinguiorem fortunam, cogi possit, ut filium, quem ita vendidit redimat? Ex p.7. t.7. r.8. p.432
10. An in extrema necessitate non solum Pater, sed etiam Mater possit vendere, aut donare, vel permutare filium? Et supponitur, quod homo liber, vendi non potest. Ex p.9. t.7. & Misc. 2. r.27. p.433
11. An quis ratione navroicitatis efficiatur servus? Et an possint fugere, qui à se, vel à Parentibus legitime sunt venditi, vel in penam criminum iuste ad servitium sunt condemnati? Eandem conditionem subdit proles, quam mater, Et an peccet, qui consilium servis ad fugam dedit? Et an teneatur ad restitutionem totius damni inde sequi? Ex p.7. t.7. r.9. ibid.
12. An servi capti in bello iusto tam inter Infideles, quam inter Christianos possint licite fugere ad suos, vel ad alia Regna, vel peccent, & teneantur se ipsos restituere? Idem dicendum est de filiis eorum. Et quid, si capti in bello iusto promiserint se non fugituros? Et an teneantur ad restitutionem, qui eis auxilium, aut consilium ad fugam dederint? Et an famulus, non servus, qui ob stipendium, vel causam ediscendi officium cum Domino convenit ad certum tempus, & annorum numerum, peccet mortaliter, si à Domino fugiat? Et si queras, an si servus possit commode se pecunia redimere, tunc ne ille cura conscientia possit fugere, ne redeat ad suos? Et si Dominus, qui servum capit in bello iusto, eum alteri vendiderit, an tunc cura conscientia talis servus fugere poterit ab eo, qui eum emit? Ex p.7. t.7. r.10. p.434
13. An servi Turcarum, & Maurorum non solum possint fugere, sed etiam ab illis, non autem ab aliis, auferre, quidquid poluerint, & hoc sine onere aliquo restitutionis, vel teneantur illud restituere, si commode facere possint, aut certe in usus pios impendere? Ex p.7. t.7. r.11. p.436
14. An servi ex pena delicti possint fugere? Et deducitur posse licite fugere à viribus eum, qui iuste ad eam penam damnatus est. Et observatur, quod proles sequitur matris conditionem; unde si mater se vendidit, vel à Parentibus vendita est, vel ob crimen servituti addicta est, proles non potest fugere. Ex p.7. t.7. r.12. ibid.
15. An servi in casu, quo possint licite fugere, si inveniantur, possint à Dominis puniri? Et an servitus potest praescribi inter absentes 20. annos bona fide, & inter presentes an decem anni sufficiant? Et quid, si mala fide fugiant, an efficiantur liberi post 30. annos? Ex p.7. t.7. r.40. p.437
16. An Christiani mancipia Infidelium teneantur in conscientia solvere gabelas à Principibus impostas? Et an Principes etiam Infidelis possint tributa imponere solvenda à Christianis per eius Regnum transcurrentibus? Ex p.7. t.7. r.66. alias 65. ibid.
17. An servus, quae à Domino ad turpia sollicitantur, acquirat libertatem? Et an doctrina huius questionis extendenda sit ad masculum etiam servum, si Dominus ad turpia illum compelleret; vel quia inhumaniter illum tractat, an absque peccato etiam fuga ei liceat? Et an ea, quae hoc servus post fugam acquirat Domino acquirat? Ex p.7. t.7. r.13. ibid.
18. An si Dominus consentiat in matrimonium servi persona libera ignorante, servus acquirat libertatem? Item dicendum est, si Dominus ancillam in uxorem eradat homini libero servitus non ignaro, si tamen Dominus dotis instrumentum ancilla conficiat. Ex p.7. t.7. r.14. p.438
19. An servus possit adoptari, & adoptatus an acquirat libertatem? Et cum Dominus, actis intervenientibus, servum filium suum nominat, an servus acquirat libertatem? Ex p.7. t.7. r.15. ibid.
20. An servus acquirat libertatem, si à Domino promittatur, saltem in conscientia? Et quid de eorum filiis, eo tempore promissionis nati? Ex p.7. t.7. r.55. alias 54. p.439
21. An servus infidelis, vel haereticus, si convertatur ad Fidem, acquirat libertatem? Et an si Dominus infidelis, vel haereticus simul cum servo convertatur ad Fidem perdat dominium servi? Ex p.7. t.7. r.41. ibid.
22. An servi Christianorum, qui in Tribunali S. Inquisitionis damnantur tanquam Haeretici, remaneant ipsi facti liberi? Et advertitur, quod acquisita semel à servo libertate, nunquam ad servitium pristinum redire possunt, etiam si eorum Domini ad Fidem convertantur, & omnia bona illis restituantur. Et observatur, quod si servus infidelis Dominum Apostatam à Fide bono Zelo Inquisitoribus denunciaverit, & si nullibi invenitur concessa illi libertas, ac certe illi danda sit. Ex p.7. t.7. r.17. ibid.
23. An servi, qui libertatem Romae in capitulo acquirant, illam pro toto Orbe acquirant. Ex p.7. t.7. r.18. p.440
24. De aliis modis, quibus servi acquirant libertatem. Ex p.7. t.7. r.16. ibid.
25. An expedit, & sit opus pium concedere servis libertatem? Ex p.7. t.7. r.35. ibid.
26. Servi, quibus modis possint se redimere? Ex p.7. t.7. r.44. alias 43. ibid.
27. An servus, vel ancilla possit sibi retinere id, quod pro injuria illata, vel ob usum corporis illicitum ei largitus sit? Ex p.7. t.7. r.29. p.441
28. An servus possit sibi retinere, quae ludo acquirat? Ex p.7. t.7. r.10. ibid.
29. An servi possint, in scio Domino, aliquid ludere in reatu huius Resolutionis sex casus explanantur pro praxi praedictae questionis, in quibus servus possit dominium aliquarum rerum habere, & de factis habeat? Etiamque notatur, quod si mancipium ludo inventus privaret Dominum labore, non tenetur restituere nisi tantum pretii, quantum existimaretur ille labor, quo Dominum fraudavit, & nihil aliud. Ex p.7. t.9. r.12. ibid.
30. An servus possit sibi retinere ea, quae ipsi relicta sunt, in legato, vel testamento? Ex p.7. t.7. r.31. p.442
31. Quidam servus aliquid sibi subtraherebat de necessitate sine Domini incommodo, & praeter opera praescripta, ex quibus lucrum colligebat, interrogatus sui, an de his acquireret dominium sibi, vel Domino? Quod est opus, an servus possit habere aliquarum rerum dominium, & ea rebus à se & acquisitis disporre? Et an hoc intelligatur non solum de servis, qui domi nascuntur, sed etiam de servis emptitiis, in bello captis? Et in corpore huius Resolutionis aliquos casus decisos invenies, ex quibus servus possit aliquod peculium habere, vel non habere. Ex p.2. t.17. & Misc. 3. r.58. ibid.
32. An servus sibi acquirat ea, quae parce vivendo sibi subtrahit, vel si praeter opera praescripta aliquid faciat? Et an Dominus peccet mortaliter, si tuncque committat in servos, si talia ab eis auferat? Et ex doctrina huius Resolutionis inferitur etiam decisio cuiusdam dubii facti per articulum de viatoribus, qui diversantur in hospitibus, an quibus ob certum pretium comedunt ex cibis appositis, quod volunt, Apolto, nam illi etiam subtrahere sibi possunt.



## & Resolutionum.

& referre aliquid ex eis, quae comesturi erant, durante appetitu. Ex part. 7. tract. 7. resol. 2. pagin. 443

33. An serui in casibus, in quibus sibi acquirunt si a Domino spoliatur, possint facere occultam reparationem? Et in principio huius Resolutionis apponuntur sex casus, in quibus serui acquirunt sibi Dominium. Ex p. 7. t. 7. r. 33. p. 444

34. An serui possint facere elemosynam? Et in textu huius Resolutionis reperies aliquos casus, in quibus, & de quibus serui possint facere elemosynam. Et an si serui habeant aliqua bona propria possint de eis donationem facere? Ex p. 7. t. 7. r. 34. ibid.

35. An serui possint facere elemosynas? Et an serui possint habere aliquarum rerum Dominium imperfectum? Ex p. 5. t. 8. r. 26. p. 445

36. An qui seruum alienum percutiendo inuicem reddidit, vel occidit, teneatur restituere aliquid non solum Domino, sed seruo? Ex p. 7. t. 7. r. 20. ibid.

37. An qui occidit seruum suum teneatur aliquid heredibus serui restituere? Et de aliquibus aliis casibus agitur, in quibus Dominus lethaliter peccat, si iniuria illata seruis suis a se notabilis sit. &c. Ex p. 7. t. 7. r. 45. alias 44. ibid.

38. An seruo ita possit a Domino inferri iniuria, ut ad se obligatio restituendi, ut v. g. quando Dominus iura seruum violant per iniuriam notabilem, in quo casu non solum peccat mortaliter, sed etiam ad restitutionem teneatur? Et aliqua alia explanantur, quae in supradictis casibus debent. Ex p. 7. t. 7. r. 19. p. 446

39. An qui mutilauit membrum serui sui, teneatur ad aliquam restitutionem? Ex p. 7. t. 7. r. 46. alias 45. ibid.

40. An licitum sit in penam delicti alicuius adurare mancipia guttis accensis adipis, aut cere? Ex p. 7. t. 7. r. 21. p. 447

41. An serui possint a Domino signari in facie? Ex p. 7. t. 7. r. 22. ibid.

42. An Domini uocando seruos Christianos canes, vel si grauius eos verberent, ex leui culpa peccent mortaliter? Et an peccent Domini, si sint notabiliter negligentes in corrigendis seruorum peccatis, in proferendis iis, quae sunt necessaria ad salutem seruorum, ut susceptio Sacramentorum, auditio Missae, &c. vel si inebriant aliqua, quae serui facere non possunt sine peccato, aut si eos onerant laboribus intolerabilibus? Ex p. 7. t. 7. r. 48. alias 47. ibid.

43. An Domini propter nimiam seruitutem cogendi sunt seruos vendere? Ex p. 7. t. 7. r. 65. alias 64. ibid.

44. An licite Dominus aliquando possit alimenta seruis denegare? Ex p. 7. t. 7. r. 47. alias 46. p. 448

45. An serui, & ancilla peccent si cibos communes ex domo heri ad comedendum accipiant, ut furta esculentorum, & peculentorum, etiam si sensum perueniant ad notabilem quantitatem, ut ipsi met consument, secus uero ut vendant? Et si furta sint praefer esculenta, an serui, siue mancipia peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem? Ex p. 7. t. 7. r. 28. ibid.

46. An serui in casu equalis necessitatis possint alimenta potius sibi, quam Dominis ministrare? Et quid est dicendum, si daretur casus, in quo salus, & uita Domini esset Christiano populo, uel alicui Republicae necessaria, & salus & uita serui minime? Ex p. 7. t. 7. r. 67. alias 66. ibid.

47. An serui possint parare mensam, & ministrare cibos Domino in die ieiunij? Ex p. 7. t. 7. r. 58. alias 57. p. 449

48. An licitum sit Domino offerre carnes seruis infidelibus in die ieiunij, uel illis imponere opera seruituta in diebus festis? Ex p. 7. t. 7. r. 59. alias 58. ibid.

49. An Dominus licite possit imponere seruo infideli, ut opera seruituta exerceat in diebus festis? Idem est dicendum de perpetuo amenibus? Et docetur Paganis, & perpetuo amenibus fas esse ministrare carnes diebus ieiunij, quia nulla lege Ecclesiastica obligantur. Ex p. 5. t. 14. & Misc. 2. r. 7. ibid.

50. An serui, & famuli possint licite obedire Dominis, si praecipient ne audiant Missam, uel laborent in diebus festis? Ex p. 7. t. 7. r. 53. alias 52. p. 450

51. Serui in quibus non teneantur obedire Dominis? Ex p. 7. t. 7. r. 49. alias 48. ibid.

52. An Christiani infidelium serui possint licite obsequium prestare Dominis, quando intrant in Templum Idolorum? Et an ancilla Christiana a Paganis capta possit genua flectere uia cum Domina in Templo Idolorum genua flectente, & sese prosternente? Ex p. 7. t. 7. r. 56. alias 55. ibid.

53. An serui teneantur defendere uitam Dominorum cum periculo uitae? Ex p. 7. t. 7. r. 50. alias 49. p. 451

54. An serui ualide possint emittere uota? Ex p. 7. t. 7. r. 25. ibid.

55. An ualeat uotum seruorum collatum ad tempus libertatis? Et an praedictum uotum possit irritari a Dominis? Et an ualeat contractus seruorum collatum ad tempus libertatis? Et omnia supradicta exponuntur etiam pro uotis uxoris, & impuberum collatis ad tempus libertatis, & puertatis? Ex p. 7. t. 7. r. 26. ibid.

56. An Domini possint irritare uota seruorum? Et quid, si uotum sit audiendi Missam, jejunandi, communicandi, &c. Et quid de uoto seruanda castritatis? De uotis uero ante seruitutem emissis, an Domini possint suspendere eorum executionem? Et obseruatur uxor non posse serui uota irritare, nisi spectet ad eius bona paraphernalia. Et notatur posse Dominum serui impuberis Parentibus orbati omnia illius uota irritare, quod est ualde notandum? Ex p. 7. t. 7. r. 27. p. 452

57. An serui possint ualide & licite matrimonium contrahere? Et an peccet Dominus, si prohibere intencet seruo suo, ne ineat matrimonium, uel conetur impedire, aut supplicio afficiat seruum ob contractum matrimonium? Et an Dominus post promissionem, & sponsalia serui non possit amandare, uel vendere illum in aliam regionem? Ex p. 7. t. 7. r. 36. ibid.

58. An serui matrimonio copulati possint licite uendi? Et an uxor serui teneatur eum sequi in longinquam regionem oblegatum? Ex p. 7. t. 7. r. 37. p. 453

59. An seruus teneatur magis seruire Domino, quam uxori? Ex p. 7. t. 7. r. 38. ibid.

60. An seruus possit dare mutuo? Ex p. 7. t. 7. r. 23. ibid.

61. An serui ualide contrahant, & obligentur? Et quid, si seruus promissit pecuniam pro libertate Domino, an tunc concedatur actio aduersus illum? Eodem modo, si pactum fuit inter seruum, & Dominum, & propter pecuniam illum manumitteret, & seruus soluit pecuniam, seruus actionem contra Dominum, ut se manumittat, & alij diuersi casus adducuntur, & explanantur pro praxi supradictarum questionum? Ex p. 7. t. 7. r. 24. p. 454

62. An serui possint esse testes? Ex p. 7. t. 7. r. 2. alias 71. ibid.

63. An serui possint testamentum facere? Et an mancipia, & Christiani captiui a Turcis, possint etiam in statu, & loco captiuitatis, testamentum facere? Ex p. 7. t. 7. r. 51. alias 50. ibid.

64. An serui, in uita Domini possint eligere sepulturam? Et an Dominus teneatur facere expensas circa funus serui? Et an pro seruo tamen impubere Dominus possit eligere sepulturam? Quod idem dicendum est de seruo pubere, si puber seruus illam non elegit? Ex p. 7. t. 7. r. 75. alias 74. ibid.

65. An licitum sit se exponere ludo cum periculo manendi mancipium in trivertibus? Ex p. 7. t. 7. r. 43. p. 455

66. An serui possint a Dominis castrari ad suauitatem uocis conseruandam, si ipsi consentiant? Et an licent alicui non seruo ad uocis suauitatem conseruandam hoc permittere, uel Parentibus maxime etiam pauperibus liceat ad lucrum comparandum castrare filios suos? Ex p. 7. t. 7. r. 64. alias 63. ibid.

67. An Dominus teneatur resarcire damnum a seruis illatum? Et an ista obligatio liget in foro conscientiae, uel solum post iudicis condemnationem? Ex p. 7. t. 7. r. 74. alias 73. ibid.



Appendix ad alias difficultates simul pertinentes ad hunc Tr. 8. de Servis hujus tom. 7.

**A**N Christiani servi infidelium, si tempore Paschatis non habeant copiam Confessarii, teneantur elicere actum contritionis de peccatis mortalibus perpetratis? Ex p. 7. t. 7. ex r. 63. alias 62. *Qua hic reperitur in tom. 1. tr. 3. de Penitentia ref. 82*

**A**N Dominus peccans cum servo, vel serva infideli teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare? Et quid, si copiam sodomitica habeat cum Infideli, vel Heretica? Ex p. 7. tr. 7. ex r. 73. alias 72. & in p. 9. t. 9. ex r. 3. *Qua hic sunt in tom. 1. t. 7. de circumstantiis r. 127. & 128*

**A**N servi sint irregulares, & quid faciendum, si Episcopus alterius servum ordinet, absente, vel contradicente Domino? Ex p. 7. t. 7. ex r. 54. alias 53. *Qua nunc invenitur in tom. 5. tr. 5. de Irregularitate r. 157.*

**A**N Confessarius per Bullam Cruciatam possit commutare votum Castitatis, seu Religionis emissam à servo sine licentia Domini? Et an Dominus possit talia vota irritare? Ex p. 1. tr. 11. ex ref. 84. *Qua hic reperitur in tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ ref. 106*

**A**N Dominus teneatur compellere servos ad ieiunia servanda, quæ frangere volunt? Et an servus, & ancilla, qui condunt, & porrigunt cibos, & mensam heris non ieiunantibus sternunt, mensaque ministrant culpa participes efficiantur? Ex p. 1. tr. 9. ex r. 28. & 38. *Qua hic sunt in t. 4. tr. 6. ref. 13. & 125*

**A**N servi possint communicare cum Domino excommunicato? Et difficultas est, quando servitus non præcessit, sed fuit posterior excommunicationi? Et an servi eiusdem Domini, quando unus eorum est excommunicatus, possint alii cum illo communicare? Et an Dominus possit communicare cum servo excommunicato? Ex p. 5. tr. 9. ex r. 124. & 125. *Qua nunc invenitur in tom. 5. tr. 1. de excommunicatione ref. 158. & 159*

**A**N servus, qui canonicè ad statum Clericalem pervenisset gaudeat privilegio Canonis? Et an Episcopus possit absolvere à gravi, & enormi percussione Clerici servos sub potestate constitutos? Ex p. 9. tr. 4. ex ref. 7. & 61. *Qua hic reperitur in tom. 5. tract. 2. de Percussione Clerici ref. 50. & 71*

**A**d quem pertineat Thesaurus inventus à servo? Et quid, si duorum servus in fundo unius ex dominis Thesaurum invenit? Et quid dicendum est, si aliquis sit servus, & unus in eo habeat usum fructuum, alter vero proprietatem? Ex p. 6. tr. 5. ex r. 8. *Qua hic est in tom. 6. tr. 6. de Theauris ref. 9*

**A**n servus possit donare bona ei relicta expressa, vel tacita, vel data cum conditione, ut non acquiratur à Domino? Et an servus, & ancilla possint donare ea bona, quæ data sunt eis ob questum suorum corporum? Ex p. 8. tr. 6. ex r. 8. & 9. *Qua nunc invenitur in tom. 6. t. 7. de Donationibus r. 31. & 32*

**A**n servi, & mancipia testari possint saltem ad pias causas? Ex p. 7. t. 6. ex r. 12. *Qua hic reperitur in tom. 6. t. 8. de Testamentis r. etiam 12*

**A**n servi possint esse executores testamenti. Ex p. 7. t. 7. ex

r. 42. *Qua hic est in tom. 6. t. 9. de Executoribus testamentorum r. 4.*

**A**n qui servo lucratus est in ludo, vel ab eo alio aliquo modo accepit aliquid, teneatur restituere Domino, vel restituere eidem servo? Et an servi peccent mortaliter in aliquibus furtis ex bonis dominorum, quia esse inveniuntur quoad modum, quia darent, si pecceretur à servis, quod forantur. Ex p. 3. t. 1. ex r. 98. & in p. 6. t. 6. ex r. 4. *Qua hic sunt supra in hoc ipsomet tom. 7. t. 3. de Paupertate Religiosa r. 59. & 39*

**A**n servi possint ingredi Religionem, & profiteri sine licentia Domini? Ex p. 7. t. 7. ex r. 61. alias 60. *Qua hic est supra in tom. 7. t. 1. de Regularibus r. 143*

**A**n Domini teneantur ex iustitia strictius corrigere peccata mortalia sui servi, & mancipii? Ex p. 7. t. 3. ex r. 9. & 11. *Qua hic sunt supra in hoc t. 7. t. 4. de correctione r. 3. & 32*

**A**n servi mancipia Infidelium possint libere remigare in terram trivembus, vel alia obsequia ministrare in bello contra Christianos, aut possint deferre licentiam amantiam ad concubinam Domini. Et de aliis casibus agitur, in quibus deciditur, an servi possint ministrare Dominis absque peccato. Ex p. 7. t. 7. ex r. 57. & 52. alias 56. & 51. *Qua hic sunt supra in ipsomet t. 7. tr. 5. de Scandalo r. 75. & 45*

**A**n capti in bello iusto possint fugere, etiam si à Dominis redigantur? Et an innocentes possint in servitute redigi? Et an capti in bello inter Christianos habito tunc possint redimi, & in conscientia teneantur solvere pretium promissum suar redemptionis? Ex p. 6. t. 7. ex r. 16. & in t. 4. ex r. 14. & 13. *Qua hic sunt supra in tom. 7. t. 7. de bello r. 30. 29. & 28*

**A**n servus, qui aliquando fuit liber, si dubitat, an votum fecerit ante servitutem, possit illud Dominus irritare? Et an possit Dominus irritare vota servi emissam tempore servitudinis implenda tempore libertatis? Et an si servus voto singulis sexibus Terribis sue vite sejunare, vel quotidie Litaniis recitare, &c. an possit Dominus talia vota irritare? Ex p. 4. t. 3. ex r. 37. & in p. 4. t. 4. ex r. 29. & in p. 9. t. 8. ex r. 15. *Qua nunc invenitur in tom. 8. t. 4. de Voto r. 41. 45. & 44*

**A**n si mancipium occidat aliquem absque Domini culpa, an adhuc Dominus teneatur ad aliquam restitutionem ante iudicis sententiam? Et notatur Dominum posse absolvere servum, ne capiatur, ante sententiam. Ex p. 4. t. 4. ex r. 52. *Qua hic reperitur in tom. 8. t. 5. de Homicidio ref. 76*

**A**n servi non solum peccent, sed teneantur restituere, si non impediunt furtum domestica? Ex p. 7. t. 7. ex r. 33. *Qua hic est in tom. 8. t. 7. de Furto r. 31*

**A**n servi, si fugiant ad Ecclesiam propter servitum Dominorum, gaudeant ejus Immunitate? Et quid, si sint etiam servi Infideles? Et quid, in ordine ad iudicem? Ex p. 7. t. 7. ex r. 60. alias 59. *Qua nunc invenitur in tom. 9. t. 1. de Immunitate Ecclesie r. 69*

**A**n servi perpetui Clericorum, etiam si sint Muri, Turci, &c. à Catholica Ecclesia alieni gaudeant tamen privilegio iurisdictionis? Et an Professorum, & Studiorum privilegio gaudeant eorum servi? Ex p. 3. t. 1. ex r. 47. & in p. 7. t. 7. ex r. 62. alias 61. *Qua hic reperitur in tom. 9. t. 1. de Immunitate Ecclesiastica r. 160. & 161*